Regimen sanitatis salerni

Liber secretorum alberti magni

Secreta mulierum et virorum

Regimen sanitatis salerni

Regimen Sanitatis Salerni

Anglorū regi scripsit schola tota salerni
Si vis incolumē si vis te reddere sanū
Curas tolle graues: irasci crede ꝓphanū
Parce mero: cenato parum: non sit tibi vanum.
Surgere post epulas: somnū fuge meridianum.
Non mictum retine: nec comprime fortiter anū:
Hec bene si serues: tu longo tempore viues

¶ Iste est libellus editus a doctoribus salernienſibus: in quo inſeribuntur multa ⁊ diuersa pro ꝯseruatōne sanitatis humane. ⁊ editus est iste liber ad vsum regis anglie Et in textu lecto autor ponit octo documenta generalia ꝑ ꝯseruationē sanitatis. de quibus postea specialiter per ordinem determinabitur ¶ Primū ergo documentū est ꝙ homo sanus volens viuere debet ab eo remouere graues curas. Nam cure exsiccant corpora ex quo tristificāt spiritus vitales: modo spiritus tristes exsiccāt ossa. Et sub isto documento etiā ꝯprehendi debent tristicie: que similiter corpora exsiccāt ⁊ infrigidant: maciem ⁊ extenuatōnem inducunt/ corꝯstringunt/ ⁊ spiritum obtenebrant/ ingeniū ebetant: ⁊ rationem impediunt/ iudiciū obscurant: ⁊ memoriam obtundunt. Verūtamen aliqui pingues ⁊ carnosi sunt spiritus adeo mobiles ⁊ calidos habentes ꝙ eis interdū bonū est tristari vt spiritus calor ebetetur ⁊ corpus aliqualiter maceretur. ¶ Secūdū documentū est non irasci. Primo quia ira similiter corpora exsiccat cum ipsa summe singula membra supcalefaciat. nimia autē calefactio siccitatem inducit. teste Auicenna prima primi. doctrina tertia. cap̄. primo. Secundo quia ira ꝓpter feruorem cordis omnes actus rationis ꝯfundit. Aduertendū tñ est ꝙ quidam frigidi sunt ⁊ malefi ciati: quibus interdū irasci prodest in regimine sanitatis vt in eis calor excitetur. ¶ Tertiū est parce vti potu vini. Nimia enim repletio vini somnolentiā/ pigritiā/ debilitatē membroꝝ/ debilitatē stomachi ⁊ multa alia his similia inducit. de quib⁹ posterius magis patebit. ¶ Quartū est paꝝ cenare. quia nimia nocturna repletio dolorem in ventre inducit: ac inquietudinē insomnietatē ⁊ angustiam. ꝑut manifesta patet experientia. ⁊ inferius magis declarabitur. ¶ Quintum est surgere post cibum sumptū quod facit ad digestiōem. ꝓpterea ꝙ

postea tangũtur in textu:ibi. Febris pigrities. ¶ Septima ... retinere vrinam. Ex nimia em̃ vrine retentione aliquando sequitur difficultas mingẽdi:aut oĩo ꝓhibitio a mictu. vt testatur Auicẽna decimanona tertij. tractatu secundo. cap̃. de difficultate vrine. Silr̃ ex nimia retentõne fecali plura ꝓueniunt nocumenta. Indurãtur em̃ feces in intestinis ꝓpter ꝯtinuam suctionem venaꝝ meseraicaꝝ cum intestinis ꝯtinuataꝝ omnẽ humiditatem a fecibus sugentium ꝛ sic remanent sicce. Difficilis exitus intestina opilantes:ad quã opilationem ꝓpter ventositatũ eductionis ꝓhibitõnem:ꝛ aliaꝝ fecum aceruatõꝝ sequũtur nocumenta in textu posterius posita:ibi. Spasmus hydrops ꝛc. ¶ Octauũ est non fortiter cõprimere anũ. ex hoc em̃ sequitur tenasmon:siue exitus longaonis. Vlteri⁹ subdit autor ꝙ omnia ista debite ꝯseruans longo tempore sanus viuere poterit.

Si tibi deficiant medici:medici tibi fiant
Hec tria:mens leta:requies moderata:dieta

¶ Autor in hoc passu tangit tria remedia generalia ꝓ ꝯseruatione sanitatis nature humane:ꝛ precipue ipsoꝝ nobiliũ. ¶ Primũ est ꝙ anim⁹ hominis debet esse letus ꝛ gaudens. cum leticia siue gaudiũ etatẽ floridã facit:hominẽ in iuuentute conseruat:virtutẽ confortat vitam ꝓlongat:ingeniũ acuit:ꝛ ad singulos actus hominẽ abiliorẽ reddit. Et debet istud gaudiuꝫ in regimine sanitatis cõueniens esse temperatũ:ꝛ nõ excessiuũ:quia excessiuũ syncopim ꝛ mortẽ inducit Et maxime gaudiũ competit his qui multum curant: ꝛ sollicitudinibus destruũtur. Et põt in ipsis de nouo acquiri per vsum cibi et vini delectabiliũ ꝛ dimissione eoꝝ que tristiciam inducunt: ꝛ inhabitare cum sibi dilectis ꝛ similibus:quibus v̾tus ꝯfortatur. teste Auicenna. vndecima tertij. capi. de casu virtutis subito sic dicente. Et scias ꝙ virtus augmentatur cibo ꝛ vino subtili ꝯuenĩetibus ꝛ odoribus bonis:ꝛ tranquillitate ꝛ gaudio ꝛ dimissione eoꝝ que ꝯtristãt ꝛ rixari faciunt:ꝛ renouatõne reꝝ amabiliũ ꝛ habitatõne cum dilectis. ¶ Secundũ est tranquillitas animi. Nobiles em̃ ꝓpter nimis magnas ꝛ diuersas curas quas habent plus ledũtur ceteris parib⁹ q̃ꝫ qui mediocres sunt. Inquietatio v̾o mentis somnuꝫ maxime impedit:qui nobilibus summe vtilis est/ q̄ cõmuniter nature sicce sunt atqꝫ colerice/quibus ꝓmaxime somnus est vtilis. ¶ Tertiuꝫ est moderata dieta. id est moderata sumptio cibi ꝛ potus. Nocumenta v̾o sup̄flui cibi ꝛ potus postea dicemus.

Lumina mane manus surgēs gelida lauet aqua
Hac illac modicū pergat: modicū sua membra
Extendat: crines pectat: dentes fricet: ista
Confortant cerebrū: confortant cetera membra
Lote: cale: sta: pasce vel infrigesce minute.

¶ In hoc textu autor ponit sex documenta: quibus cerebꝝ confortatur. ꝛ similiter singula corporis membra. ¶ Primum est ꝙ postꝙ hō de mane surrexerit: debet lauare oculos in aqua frigida. Mundari em̄ debēt vt ab eis remoueātur imūdicies palpebris adherētes ꝛ circa oculos existentes: ne ab ipsis oculi corrodātur. Et istud satis innuit Auicēna. tertia tertij. tractatu p̄mo. cap̄. de rememoratiōe cō seruatōnis sanitatis oculi: ꝛ rememoratōne eoꝝ que nocent ipsi. vbi dicit. Ex eis aūt que abstergunt oculū ꝛ acuunt ipsum est submergi in aqua clara: ꝛ aperire oculum in ea. Et idem vult tractatu quarto cap̄. de cura debilitatis visus dicens. Et ingredi aquaʒ clarā viridē ꝛ submergi in ea: ꝛ apire ambos oculos in ea: ꝑm quantitatem qua possibile est: est ex eis que seruant sanitatem oculi: et confortant ipsum. et proprie in iuuentute. Causa autem quare oculi magis debent lauari in aqua frigida ꝙ̄ calida est: qꝛ vnūquodqꝫ ꝯseruat̄ suo simili. vt dicit Auicēna quarta p̄mi. cap̄. p̄mo. Et idem vult galien⁹ tertia tegni. canone illo. Calidiora calidioribus indigent adiutorijs: frigidiora frigidioribus. sed sic est ꝙ oculi sunt frigide nature. ergo potius debent lauari aqua frigida ꝙ̄ calida. ¶ Secunduʒ est ꝙ homo debet lauare manus: quia sunt instrumenta quibus mundantur organa ꝑ que exeunt sup̄fluitates cerebri: vt sunt aures: oculi: nares ꝛ ergo ob hoc manus debēt esse mūde. plus tamē debent lauari in aqua frigida ꝙ̄ in aqua calida. quia lotio manuū in aqua calida generat vermes in vētre. ꝛ hoc specialiter dūmodo manus in aqua calida lauentur post sumptōnem cibi: vt innuit Auicēna. decima sexta tertij. tractatu quinto. cap̄. primo. vbi agit ꝺ vermibus in ventre genitis. Et ratio est: quia per lotōem manuū in aqua calida post sumptionem cibi: trahitur calor naturalis quo completur digestio in stomacho ad extra: quare imꝑfecta fit digestio que potissima causa est vermiū. ¶ Tertiū est ꝙ postꝙ̄ homo surrexerit a somno debet paulatim incedere siue se mouere. Cuius causa est vt superfluitates prime ꝛ secunde digestionū: que sunt feces ꝛ vrina descendant ꝛ preparentur faciliori euacuatōni. ¶ Quartum est ꝙ postꝙ̄ homo surrexerit a somno debet extendere manus ꝛ pedes ꝛ alia membra. Cuius causa est vt trahātur vitales spiritus ad membra exteriora. ꝛ ꝑ hoc subtilliantur spiritus cerebri. ¶ Quintum est ꝙ debet crines pectere

Cuius causa est vt aperiantur pori p hoc capitis: et exeant vapores cerebri derelicti post somnū, et subtilientur eius spiritus. Unde vsus pectinis multū confert visui et maxime senibus prodest. Unde dicit Auicenna tertia tertij. tractatu quarto. capitulo de cura debilitatis visus. Administratio pectinis super caput iuuatiua est et confert ꝓprie senibus. quare oportet q administretur omi die multotiens: quoniā attrahit vapores ad superiora et mouet eos a parte oculi. ¶ Sextuz est q hō debet mundare et fricare dentes. Cuius causa est q2 imūdicies dentiū est causa fetoris anhelit9. Similiter a dentibus imūdis spiritus imundi eleuantur ad cerebꝝ ipsuz perturbantes. Preterea cōmixtio limositatis dentiū cum ipso cibo ad stomachum misso: est causa corruptōnis cibi in stomacho. Modū autē conseruandi sanitatem dentiū et bonitatē odoris eoꝝ tangit Auicēna septima tertij cap. de conseruatōne dentiū sub his verbis. Et ex eis que conseruant sanitatē dentiū est vt colluatur os in mense bis cū vino in quo decocta est radix titimalli. est eīm conueniens ad vltimū in faciendo bonuz odorem et non aduenit facienti illud dolor dentiū. Ulterius autor in vltimo versu subdit aliqua precepta generalia. Primū est q homo lotus stupha vel balneo debet se tenere calidū. q2 tūc pori sunt apti: et sic de facili frigus possz subītrare et magna nocumēta corpi inferre Aliud est q postq hō sumpserit cibū debet modicum stare vt cibus pfecte descendat ad fundū stomachi in quo completur digestio. deinde lente ambulet et nō fortiter/ne ꝓpter motū fortez calor trahatur ad partes exteriores: et perhoc impediatur cibi digestio. Aliud est q hō frigidus debet cauere ne subito se calefaciat sed paulatī. mutatōes eīm subite naturā ledūt. Omīa eīm extra naturā molesta sunt: vt dicit galienus in cōmento illius canonis. Scđm multū et repente.

Sit breuis aut nullus tibi somnus meridianus.
Febris pigricies capitis dolor atq catarrus.
Hec tibi proueniunt ex somno meridiano.

¶ In hoc textu tangit autor quatuor nocumenta que ꝓueniunt ex somno facto post prandiuz. Quoꝝ primū est q ex somno meridiano solet sequi febris: quod aliqui putant verificari de febre ꝓueniēte ex opilatōne cām isti9 febris reddētes: q2 tpe dici calor et spūs mouenť ad exteriora. et sic virtus digestiua in die ē debilis. digestio eīm perfecta est qñ calor et spūs ad interiora mouenť pp quoꝝ motuz calor naturalis incendiť. et sic tēpus noctis ē tēpus perfectioris digestionis. Indigestio eīm et cruditas humoꝝ est causa opilatōnis: que opilatio est causa febris scđm Auicennam prima quarti. in pluribus passibus. ¶ Secundū nocumentū est pigrities: q ex eadē causa videtur oriri.

Ex materia eñ indigesta et grossa grossi eleuãtur spũs qui moti ad mẽbra corpis grauedinẽ corpi inducũt:quẽadmoduz spũs subtiles ꝛ leues leuitatem animi ꝛ corporis inducunt. ¶ Tertiũ est dolor capitis qui etiam ex eadem causa prouenire videtur. Ex cibo eñ indigesto in stomacho eleuantur grossi spiritus cerebrum perturbantes: qui spũs sunt causa discoloratõnis etiaz faciei quando ad cutẽ mouentur:quia vbi ẽ materia grossa: necesse ẽ quicquid ex tali materia dissoluitur esse grossuz. vt innuit galienus in cõmento illius amphorismi. Et qui crescunt sic inquiẽs.quicquid eñ de qualibet re dissoluitur ei vnde dissoluitur necesse est vt assimiletur. ¶ Quartum nocumentum ẽ catarrus qui similiter ex eadem causa videtur oriri.scꝫ ex reumate. Reuma eñ dicitur omnis fluxus materie de mẽbro ad membrũ in quacunqꝫ parte corporis fuerit:sed scđm ꝙ ad diuersas partes corporis fluit diuersa sortitur nomina. quando eñ mouetur ad pectus siue ad membra spiritualia:videlicet ad pulmonẽ dicitur catarrus. Sed quãdo fluit ad fauces siue ad collatoriũ palati dicit̃ brancus. Et quãdo fluit ad nares dicitur coriza. vt habetur in istis ꝟsib⁹. Si fluat ad pectus dicat̃ reuma catarrus. Ad fauces brãcus ad nares dico corizam. Preter tñ p̃dictoꝝ nocumentoꝝ causas narratas alie possunt assignari magis efficaces. Causa nãqꝫ p̃mi nocumenti scꝫ febris que aliquando ẽ effimera:aliqñ putrida ẽ. Febris q̃dem effimere retentio fuliginũ in somno diurno: quaꝝ resolutõnem vigilia facere consueuerat:quibus aceruatis ꝛ spiritibus admixtis in eis accenditur calor extraneus causans febrẽ effimerã. Febris ꝟo putride putrefactio humiditatũ multiplicataꝝ ex somno diurno ad cor effumantiũ. Secundũ ꝟo nocumentũ scꝫ pigritia ꝯtingit ꝓpter humiditates ꝑ somnũ diurnũ retentas circa musculos cordas ꝛ iuncturas q̃bus torpescunt ꝛ tarde reddũtur ad solitos motus. Tertiũ ꝟo nocumentũ ex sĩli causa oritur scꝫ ex humiditatib⁹ ꝛ vaporibus ꝑ somnũ meridianũ retenti q̃ moti ꝟsus caput ꝛ cerebꝝ ei dolorẽ ingerunt. Quartũ ꝟo nocumentũ videlicꝫ catarrus quo vniuersaliter om̃e reuma significatur: cõtingit ꝓpterea quia vapores ꝛ fumi qui vndiqꝫ per cutẽ hora vigiliaꝝ resolui solent in somno diurno ad caput tendunt vbi inspissati recidunt inferius reumatisantes. Auicẽna autẽ tertia primi.doctrina secũda.capitulo nono.alia supaddit nocumenta somni diurni. Quoꝝ primũ est generare egritudines humidas:vt guttas ꝛ paralises ex retentionib⁹ hũiditatũ q̃ de die magis resolui solent. Secundũ est corruptõ coloris faciei ꝑꝑ humiditates aquosas vrine similes in sanguine multiplicatas ex somno diurno resolui solitas tempore vigiliarum/ que ad faciei cutem cum sanguine expulse reddunt eam tumidam ꝛ declinantem ad citrinitatẽ.

¶ Tertium est generatio splenis: id est splenetice passiōis in dispositis ad eam. Cuius causa est retentio humoris grossi melancolici in splene ex somno diurno. sicut eñ iuuant vigilie motū ⁊ liberū trāsitū huius grossi humoris per canales strictos cum calore diei vias aperiente. sic somnus impedit maxime diurnus: cum tūc instet hora ꝫm plurimū transitus melancolie per canales suos / ⁊ maxime per illum canalē qui a splene transit ad orificiū stomachi gratia ꝓuocatiōis appetitus: per quem splenis superfluitas emundari solet. non enim conuenit vt de nocte prouocet sed de die potius appetitum cibi.
¶ Quartum est relaxatio neruorū seu remollitio eorū. Cuius causa est prohibitio resolutiōis humiditatū quam facere solent vigilie diurne: que interius retente neruos imbibunt. ¶ Quintum est debilitatio appetitus. Cuius causa est ꝓhibitio resolutiōnis / que est p̄ma causa famis. Alia causa est repletio stomachi ex fumis vaporibus ⁊ humiditatibus remollientibus ⁊ saturantibus orificium stomachi.
¶ Sextum est generatio apostematū. Cuius causa est quia sup̄fluitates per somnū diurnū multiplicate colligūtur sepe in aliquo mēbrorū: et ipsū intumescere faciunt. Et vlterius dicit Auicēna ꝙ due de potioribus causis ꝓpter quas nocet somnus diurnus sunt. Prima quidē quia cito interrūpitur ꝓpterea ꝙ calor diei trahit versus exteriora calorem corporis ⁊ ecōtra / somnus ad interiora vnde motus ꝓuenit agitatiuus. ⁊ ideo ꝯsulitur tunc dormire volētibus ꝙ in vmbra dormiant ⁊ in tenebroso loco. Secūda vero ꝓpterea ꝙ reddit naturam stupidā: ⁊ quasi ꝑterritam retrahentē se ab eo in quo erat scilꝫ a digestiōne cibi. Attendendū tamen est ꝙ licet somnus diurnus generaliter vituperetur ⁊ nocturnus ꝯmendetur. ex diurno tamē ille minus vituperatur: qui a mane est vsqꝫ ad tertiā: scꝫ ab ortu solis vsqꝫ ad tertiā post ipsū. Iuxta illud ypocratis ꝓnosticorū scd̄a dicētis. Somnus vt moris est ꝯueniens ⁊ naturalis vt noctem nō effugiat: ⁊ diem non impediat est laudabilis. ꝯtrarius vero est improbandus. minus tamen si a mane vsqꝫ ad tertiam tenuerit. Quāqꝫ tñ somnus diurnus ⁊ meridianus intantū a p̄mis medicine inuentoribus detestetur. moderno tñ tempore nō oīs somnus diurnꝰ est vitupandus ⁊ proprie si in eo quinqꝫ conditiōnes obseruentur: vt vult bartrucius Prima est vt sit consuetus. Secunda vt non sit illico supra cibum. Tertia vt non sit capite depresso. Quarta vt non sit longus. Quinta vt nō fiat ab eo subito stupida ⁊ repentina expergefactio sed morosa.

Quatuor ex vento veniunt in ventre retento.
Spasmus: ydrops: colica: vertigo: quatuor ista.

¶ In hoc textu autor ponit quatuor nocumēta ꝓuenientia ex retentione ventositatis in corpore nostro. Quorum primus est spasmus. Cuius causa est quia ventositas retenta sepe capit raptū ad iuncturas ⁊ neruos ipsos replentes: ex quoꝝ repletiōe sequitur ipsoꝝ contractio que vocatur spasmus. Et ab Auicēna secūda tertij. cap. de spasmo. Spasmus sic diffinitur. Spasmus ē egritudo neruosa qua mouentur lacerti ad principia sua inobedientes sunt in dilatatione eoꝝ. Et iste spasmus est duplex: Alā quidā ē ex repletōe in quo mēbrum abbreuiatur ⁊ ingrossatur ꝓpter rem implentē sicut coriū aut corrigia cū est res implens abbreuiatur ⁊ ingrossatur: ⁊ iste spasmus fit subito. Alius est ex inanitōne in quo ꝯtrahitur longitudo ⁊ latitudo. ⁊ minoratur membꝝ ꝗm longum ⁊ latum. sicut in pergameno cū apponitur igni fit ꝯtractio ꝗm longū et latuꝫ et iste spasmus fit paulatiue. ¶ Secundū nocumentū est ydropisis: que est morbus materialis causatus ex re frigida plurima ingrediente ⁊ inflante membra aut loca partiū / in quibus regimen. i. digestio ciboꝝ fit ⁊ humoꝝ: vt dicit bartrucius. ydropisis em̄ nō generatur. vt dicit galienus sexta particula amphorismoꝝ in cōmento illius. Emorroides sananti antiquas. Et ē triplex ydropisis. scꝫ yposarca / asclides / ⁊ tympanites. Et de tympanite intelligitur istud secundū nocumentū. Tympanites enim vt dicit bartrucius: fit a mala cōplexione frigida stomachi ⁊ epatis prohibente cibum transmutari in chilū ⁊ humorem benignum aut sanguineū: quare conuertitur in rem ventosam: que dum non expellitur per eructuatōnem aut alium deopilatōne viarū prohibente vel virtute expulsiua vl' sequestratiua seu perfluitatū debili existente colligitur inter cyphac ⁊ mirach ventris: ⁊ causat ydropisim. ¶ Tertium nocumentū est colica que est egritudo multum dolorosa facta in intestino dicto colon: quod est vnū de intestinis grossis quēadmodū yliaca est egritudo dolorosa facta in intestino gracili dicto ylion. Et fiunt dicte egritudines sepe ex vētositate inclusa in dictis intestinis. ¶ Quartum nocumentū est vertigo. ⁊ est egritudo cum qua videtur homini ꝙ omnia voluantur in gyrum. Cuius egritudinis causa est ventositas ad cerebrum mota: que ꝓpter eius in cerebro motionem vertiginem facit. Et ista quatuor nocumenta cum quibusdam alijs pulcre cōmemorat Auicenna decima sexta tertij. tractatu quarto. capitulo de rebus que nocent colicis dicēs. Et scias ꝙ retentio ventositatis multotiens facit accidere colicaꝫ: propterea ꝙ subleuat eam et exprimit ipsam ita vt aggregetur res vna et ꝙ facit accidere debilitatem in intestinis. Et quandoqꝫ perducit illud ad hydropisim. Et qñqꝫ generat tenebrositatē visus: ⁊ vertiginē et epilantiā. Et qñqꝫ retinetur in iuncturis: et facit accider e spasmū.

Ex magna cena stomacho fit maxima pena
Ut sis nocte leuis: sit tibi cena breuis.

¶ In hoc textu autor ponit vnũ documentũ ꝓ ꝯseruatōe sanitatis dicens ꝙ hō in cena debet esse sobrius ꝛ se non multuȝ cibo replere/ qꝛ nimia repletio nocturna inducit ĩpedimentũ sõni: torsionē vētris inquietudinē corporis: pustulas in facie: grauitatē capitis in mane/ ꝛ maliciā oris. Dubiũ tā incidit vtrū maior quantitas cibi sit sumenda in prandio q̃ȝ ĩ cena. Pro cuius decisione aduertendũ est ꝙ scđȝ diuersitateȝ corporū maior aut minor quantitas cibi sumenda est in prandio q̃ȝ cena. qꝛ corpora aut sunt in morbũ decidentia: aut sub latitudine sanitatis. Si in morbũ deciderint aut cum humoris vicio/ aut sine humoris vicio. Si sine humoris vicio sic ē magis cenandũ Cuius ratio est quia natura in talibus solum est ciborū digestioni intenta: non autem sup̄fluitatũ maturationi: carent eñ eis. Qđ si cum humoris vicio patiantur cōuenientius est prandiũ maiorare. Unde prima tertij. tractatu quinto. cap̄. de cura epilentie. Ille cuius ꝯsuetudo non tolerat vt semel reficiatur: diuidat cibũ suũ qui est minor refectōne sua in tribus partibus: ꝛ sumat duas tertias in prandio: ꝛ tertiā in cena post exercitiũ subtile. Rōne sic ꝑsuadetur qm̄ illo tēpe quo natura debilis iuuatur in digestiōe calore solari/ viuifico: ꝛ resoluũtur amplius sup̄fluitates amplior sumendus ē cibus. hoc autem magis fit in prandio q̃ȝ cena ergo ꝛc. Preterea in die calor vitalis adest solaris ꝛ lucis digestiuus cũ sit vite ꝑncipiũ quare ad digestōȝ tunc duplex opabitur calidũ: nocte vō nō. Et etiā nocte natura magis est circa sup̄fluorū digestōnē in talibus intenta. nō est ergo impedienda multa ciborum exhibitione. Quãuis enim calor in plerisq̄ fortificetur in nocte spirituũ retractōne ꝛ somni reductōne. nō tamē potest huiusmodi calor duo vt alimētũ ꝛ sup̄fluitates digerere. Cōuenit itaq̄ in his cenam breuiare. Si vō huiusmodi corpora sub latitudine fuerint sanitatis. aut sunt sufficienter sana robusta sup̄fluitatibus sensibilibꝰ carentia cum omnes expellant sua via vt athlete ꝛ hos expedit cenaȝ maiorare. Tum quia natura eorū nocte soluȝ est digestioni ciborū intenta ꝛ non sup̄fluorū maturatōi cum illis fere careant. Tum quia solum robur corporis intendunt: quod ꝛ nocte acquiritur magis cum amplior fiat sanguificatio/ distributio/ ꝛ spirituũ in his generatio. Si autem corpora fuerint a dicto tēperamēto ꝛ robore distantia sicut sunt plurima vsq̄ in egritudinē nunc deuenientia talia aut exercitantur exercitio forti ꝯtinuo vł vehementi: aut non. si sic: vt sunt victuȝ manibus querentes melius est eis prandiũ super cenā maiorare. Cuius causa est quia alimentũ non solum ex-

petitur ppter nutrire: sed pp humectare membra ac irrorare ne are=
scant ex forti motu et resistat resolutõni caloris ppter quod oportet
plus cibi exhiberi in prandio. Neq propter exercitiu talia corpora
cessant ab eorum digestiõe cum ita sint consueti. vsus em est res preter
naturam. Est et calor vehemens ppter exercitiũ potens super dige=
stionem ineis. propter quod videmus eos ter in die cum appetitu
comedere et bene digerere. Si autem non vtantur forti et laborioso
exercitio cõtinue sicut predicti dupliciter illud euenit. quia aut solum
quandoq vtũtur exercitio forti laborioso et non continue: aut solum
vtũtur exercitio debili: cum quo stat multiplicatio supfluitatu. Si
vtantur exercitio plurimo forti et laborioso propter occupatões ne=
cessarias in vita: et ad salutem sicut ciuiles viri q plures circa bona
fortune negociãtes: et ad salutẽ iterdũ exercitio forti et laborioso mo
uentur vt diu equitantes vel itinerãtes aut aliud quoddã fortius a
cõsueto agentes exercitio. Et his vtilius est cenã sup prandiũ am=
plius augere. Cuius ratio est quia si tales prandiũ augerent cũ non
sint consueti adeo forti et laborioso exercitio agitari vt priores ipsorum
iam corrũperet digestio malorum humorum generatiua. Item pp motũ
superfluũ calor horum disseminatõne est debilitatus. cuius quidẽ vni=
tio que magis nocte fit q die potissima est fortitudinis et digestõnis
causa quare in cena instante nocte alimentũ amplius potest admi=
nistrari. Item isti prius nõ laborioso vtebãtur exercitio: et sic corpus
eorum humiditatibus plenũ est quibus et paruo cibo sufficiẽter potest
resisti resolutõni et exsiccatõni factis per motum in die occurrentem
Si vero paucis debilibus exercitijs et paruis occupatiõibus in vita
vtantur: precipiendũ est ipsis melius prandere q cenare. Et decla=
ratur istud sicut in corporibus nunc egrotantibus apparuit. Cũ em
hi sunt debilis digestõnis vt plurimũ iuuantur p calorẽ solis et lucem
valde viuificos. cõfortatur em inde spiritus ppter suũ simile. Ipse em
est lux aut effigiem habet lucis sm Auicennã. Iuuantur etiam quia
supfluitates tunc melius expellũtur poris apertis de die q de nocte.
Preterea nocte nõ oportet eos multo cibo sed pauco repleri cũ na=
tura tunc intenta est magis circa digestõnem humorum crudorum quos
somnus habet maxime digerere: ac ad benignũ reducere. licet enim
nocte digestiua fortificetur virtus: non tamen adeo q valeat cibum et
supfluitates digerere. Aduertendum est insuper q in exhibitõne cibi
maioris aut minoris in prandio q cena maxime seruandus ẽ vsus
quia cõsuetudo est res maxima in cõseruatõne sanitatis et egritudine
curanda secũdo regiminis acutorum quod ostenditur ex eo q eius
mutatio et maxime subita vehementer est lesiua. Unde damascenus
Mutare cõsuetudinem nociuum est et molestum: et precipue senibus.

Et ideo praue ꝯsuetudines abolende sunt: sed nō mox. eo ꝙ natura nō sustinet repentinas mutatōnes. Et sic patȝ ꝙ vniuersalius maiorandū est prandiū sup cenam cum plurime egritudines sunt materiales: ⁊ plurima corpora lapsa. Si tñ solum semel in die comedatur melius est cibum in cena exhibere: nisi oculi aut cerebruȝ patiantur: tunc eñ melius est in prandio exhibere cuȝ cena nō parū egrotātibꝰ nocet oculis ⁊ cerebro. ¶ Ulterius circa textū est notandū ꝙ ñ solū repletio nocturna siue in cena nocet stomacho: imo oīs repletio cibi generat eñ opilationes/febres/putredines/apostemata et lepram: quia est causa indigestōnis. Qȝ autē omnis repletio nociua est stomacho declarat Auicēna decimatertia tertij tractatu pmo. cap. de rebus quaꝝ vsu leduntur stomachus ⁊ intestina: dicēs. Et ex rebus magis inimicis stomacho est repletio. ⁊ pp illud nō augetur corpus gulosi qm̄ cibus eius nō digeritur: quare nō crescit ex eo corpꝰ. Ille aūt qui cibo abstinet dum tñ remanet aliqd/appetitus eius augeť. qm̄ stomachus eius bñ digerit cibū. Et sic valde cauendū est ne stomachus torqueať ⁊ multuȝ grauetur ex cibo ita vt anhelitus angustietur: ⁊ pulsus velocitetur. Et simil'r repletio nauseatiua ⁊ fastidiū inducens multū est euitanda: ⁊ spāliter ex malis nutriētibus. Naȝ si fastidiū sit ex grossis nutriētibus ꝓueniūt iuncturaꝝ dolores ⁊ renū ⁊ podagra ⁊ grossicies splenis ⁊ epatis: ⁊ regulariť egritudines fleumatice ⁊ melancolice. Et si fastidiū sit ex nutrientibꝰ subtilibꝰ ꝓueniūt febres acute ⁊ maligne ⁊ apostemata multū acuta: igiť euitāda est repletio nauseatiua. nō igiť tm̄ est comedēdū qn in stomacho maneat aliqs locus vacuus: nec ex toto dȝ desideriuȝ sopiri sed retineri debēt aliq̄ reliqe appetitꝰ. ⁊ ħ spāliter obseruandū est in habētibus appetitū fortē. sunt eñ aliqui quoꝝ appetitus naturaliter multū sopitus est. ⁊ isti forte debent plus comedere q̄ȝ appetunt.

Tu nunq̄ȝ comedas stomachū nisi noueris ante
Purgatum: vacuū cibo quem sumpseris ante.
Ex desiderio poteris cognoscere certo.
Hec tua sunt signa subtilis in ore dieta.

¶ In hoc textu ponuntur aliqua precepta que homo sane cupiens viuere necessario debet obseruare ante sumptōnem cibi. Quoꝝ primum est ꝙ homo non debet sumere cibum nisi nouerit stomachum suum esse purgatum a malis humoribus quod fit per vomitum/expellendo humores putridos ⁊ malos in eo existentes: quia si sumeretur cibus predictus malis humoribus in stomacho remanētibus ex cōmixtione taliū humoꝝ cum cibo: cibus sumptus corrūperetur. ¶ Secundū preceptum est ꝙ homo nō debet sumere cibū de nouo

ventositatem generant: et sic inducunt colicam: usus habet quod pira et alii fructus ventositatē facientia cū carminatiuis.id est ventositatem expellentibus comedūtur. vel possumus obuiare nocumento ipsorum supbibēdo vinū vetus odorifeꝝ. Et meliora pira sūt q̄ magis odorifera sūt et magis dulcedīe pticipātia. Et ēt meliora sūt decocta q̄ cruda. et pñt decoq̄ cū aniso feniculo et zuccaro. ¶ Tertiū ē comestio pomorum de qb⁹ dicit Auicē. scdo canonis. ca. ppio quod assiduatio comestionis eorum facit euenire dolorē neruorum. Et poma etiam malam hñt pprietatē in generando ventositatē in scda digestōne quare nocent egris. Et etiā pp similē causam illi q̄ dicta est de piris. Et ista dicta de piris et pomis maxime intelligenda sunt de ipsis crudis et non de ipsis coctis. Et nedū isti fructus ab infirmis sunt vitādi imo omēs fructus iplentes sanguinē aquositate ebulliente: vt fructus recētes: quorum succus in hūano corpore ebullit: sicut musti: et succus fructuū ebulliūt exterius in vase. et hoc pp calorē solis derelictum in eis cum maturabant. Isti em̄ fructus pp ebullitionē succi eorum pparant sanguinem ad putrefactōnē: licet p hora qua sumunt iuuamentū pstent humectatōnis. Et hac de causa Auicenna febricitantibus phibuit fructus maxime recentes/ pma quarti. tractatu scdo. cap. vij. dicēs: Et oēs fructus nocent febricitanti cum ebullitōne sua et corruptiōe in stomacho. ¶ Quartū est comestio lactis. Cuius causa est: quia lac de leui corrūpitur et in fumū aut acetositatem puertitur in stomacho imundo sicut vt plurimū est stomachus febricitantis febre putrida. et ergo febricitantibus febre putrida non pceditur. Et similiter malum est habentibus dolorem capitis et friculosis et pluribus aliis. de qbus loquitur ypocras quīta pticula amphorismorum. amphorismo illo. Lac dare caput dolentibus malum etc. Verū est tñ quod in aliqbus passionib⁹ pueniti: sicut in ptisi et ethica et aliqbus aliis: put dicit etiā ypocras amphorismo iam allegato: et etiam inferius aliqd dicetur ibi. Lac ethicis sanū etc. Et licet lac in predictis passionibus vituperetur: in sanis tamen laudabile est. et hoc si in stomacho et epate bene digeratur. tunc em̄ intestina lauat sua aquositate: et mūdificat butyrositate sua humoribus venenosis repugnat: membra humectat: caseitate sua vulnera pectoris iuuat. et pulmonis gutturis renū quoque et intestinorum et vesice morsurā acutorum humorum in intestinis mitigat. quia visceribus inuiscatur: et humorum phibet morsum. Preterea cōuenit lac corporibus temperatis: quorum stomachus mūdus est a colericis et fleumaticis humoribus. In his em̄ lac bene digestū multū dat nutrimentū/ laudabilem sanguinem generat/ carnē augmentat totū corp⁹ laudabiliter humectat/ exteriora pulchra facit/ vt refert ysaac in dietis vniuersalibus. Et ibi etiam auctoritate ruffi dicit quod

lac bibentes ieiunos esse oportet. et bibatur callidum cum exeat vbera/ neque aliquid comedat quousque digerat: et labor et nimius motus caueatur. Non est tamen quiescendum omnino a deambulatione: sed deambulandum est suauiter quousque in stomachi fundum descendisse sentiatur. In distemperatis vero corporibus lac non conuenit. In calidis enim corporibus cito mutatur in fumositatem et coleram. In frigidis vero in acetositatem et putredinem. In stomacho etiam immundo lac non conuenit. quia in eo corrumpitur ¶ Circa electionem autem lactis sciendum est quod magis eligendum est lac mediocre in via nutrimenti et non subtilissimum sicut lac cameli: aut etiam asininum. neque pinguissimum et grossissimum: sicut lac vaccarum et pecudum. Eligendum est igitur lac capre: non enim habet tantum aquositatis sicut lac cameli quod non est aptum ad nutriendum ratione nimie humiditatis sed ventris subductiuum. nec habet tantum pinguedinis et grossiciei seu caseitatis et vnctuositatis sicut vaccarum et pecudum: quod propter grossiciem et vnctuositatem est venarum opilatiuum/ ventositatum generatiuum. et difficilioris digestionis quam sit necessarium in regimine sanitatis. Eligatur igitur lac capre non nimis propinque partui: nec nimis distantis a partu: non pinguantis: nutrite in bonis pascuis: et in tempore quo reperiuntur meliora pascua. ¶ Quintum est comestio casei. Et potest intelligi de omni caseo maxime tamen de veteri. Cuius ratio est quia caseus recens est frigidus et humidus et grosse substantie et difficilis digestionis et opilatiuus et lapidis generatiuus. et non multum competit via cibi in regimine sanitatis. et caseus vetus est calidus et siccus propter sal facit cibum digeri et difficulter digeritur: parum nutrit et male stomacho nocet: et nimis desiccat: et minus competit quam recens. Et si aliquis caseus est medius inter nouum et veterem viscosum et frangibilem durum et mollem et parum declinans ad aliqualem dulcedinem: non nimis salsus/ non lacrimosus cum inciditur: saporis delectabilis et boni odoris/ cuius in stomacho mora non est diuturna ex bono lacte conuenienter factus sufficienter vnctuosus. talis vtique caseus bonus est: et inter alios magis est diligendus. et post cibum sumptus non multa quantitate: multa vero quantitate sumptus in via cibi vniuersaliter est malus: stomachum grauans et inobediens digestioni et opilatiuus et lapidis in renibus et humorum grossorum in corpore: et ventositatum generatiuus. Solum igitur ille caseus est bonus quem dat auara manus. ¶ Sextum est caro salsa. Caro enim salsa siue salse siue fumo exsiccata cuiuscumque generis aut animalis fuerit: generat sanguinem grossum et melancolicum: et per consequens nocet infirmis: nec est conueniens sanis. Et istud innuit Auicenna secunda primi. doctrina secunda. cap. xv. in fine dicens. Et exemplum spissi pauci nutrimenti: mali chimi. id est mali humoris est caro salita. ¶ Septimum est caro ceruina que similiter sanguinem malancolicum generat. teste Rasi tertio almansoris. ca. de

nisi presenserit cibum presumptū in stomacho suo fore digestū: et ab eo euacuatū. quia nihil ē deterius in humano corpore: quam intromittere cibum super alium qui nō est digestus: sed digeri incepit. Nam superassumptus cibus prioris digestionem inchoatam impedit. Et digestio prioris ante complebitur quam transiens ad epar per venas meseraicas ducet secum cibum superassumptum indigestū. vnde crudi humores in corpore multiplicabūtur. Ulterius in textu ponūtur duo signa euacuationis stomachi a cibo preassumpto. Primū est desideriū certū. id est vera fames. Et pro intellectu istius sciēdū est quod duplex est fames/ scilicet vera et mendosa. Veram galienus describit: secunda amphorismorum in cōmento illius canonis vbi dicit. Indigentia non oportet laborare dicens: certa fames est cum homo cibo indiget vnde īmensus sequitur appetitus. Sed mendosa fames est cibi appetitus: corpore nō indigente. Et sicut vera fames fit ex constrictiōne et corrugatiōne venarum orificij stomachi procedētibus a suctione membrorum inanitorum cibo indigentiū. sic mendosa fames solet ab his fieri que stringunt vt rugāt orificium stomachi membris cibo nō egentibus: vt ab actu frigidis stipticis aut acetosis. Et istius signi et secundi precepti precedentis cōmemorat Auicēna: tertia primi. doctrina secūda. cap. de eo quod comeditur sic inquiens. Oportet preterea ne aliquis comedat nisi post desideriū: neque in hoc tardetur cum desiderium ebullierit. id est forte fuerit nisi mendosum fuerit vt ebriorum desideriū et habentiū fastidiū quoniā tolerare famem stomachū putridis replet humoribus. Et postea eodem cap. dicit. Et neque ipse neque oēs qui sanitatē habere volunt aliquid comedant nisi desideriū fuerit certum et stomachus superiora intestina a primo nutriente euacuata fuerint. quod enim in corpore existit deterius: est nutriens super nutriēs quod nō est digestū mittere. ¶ Secūdū signū quod significat super certo desiderio: siue certa fame est subtilis dieta precedēs. id est parua administratio cibi quando enim illa sequitur fames significatur eē certa et vera Sciendū est insuper quod in vna et eadem refectione pessimum est simul multos et diuersos coniungere cibos. vt carnes et pisces: vel pullos et porcum: et postea prolongare tempus in comedendo. quia primus cibus iam digeri incipit cum aduenit vltimus. et sic partes cibi dissimiles fiunt in digerendo/ sic quod preassumpte prius digeste sunt quam postremo sumpte sue digestionis mediū attigerint: vnde fit quod quedā corrūpunt alias. Et istud innuit Auicēna. tertia primi. doctrina secūda. cap. de eo quod comeditur dicens. Et nihil quidē deterius est quam diuersa nutrimēta simul adiungere. et post hoc in comedendo tempus prolongare. cum enim postremū nutriens aduenit: primū iam incipit digeri nutriētis. ergo partes in digerendo nō similantur. Sciendū est tamen quod prolongatio in co-

medendo moderate facta fere vna hora gratia bone masticationis ꝛ transglutõnis est laudabilis ꝛ plurimũ conferens ad conseruatõꝫ sanitatis. quia perfecta cibi masticatio cum morosa transglutione siue ingluuie: est veluti media digestio. sed mala masticatio vel digestionẽ cibi impedit vel vehementer retardat. Sꝫ ꝓlongatio in comedendo cum interlocutionibus ꝛ pausis duabus vel tribus horis est plurimũ nociua: ꝛ sequũtur ex ea nocumẽta prenarrata.

Persica: poma: pira: lac: caseus ꝛ caro salsa
Et caro ceruina: leporina: caprina: bouina.
Hec melancolica sunt infirmis inimica.

¶ In hoc textu tanguntur decem cibi siue alimenta melancolicam generantia: aut infirmis inimica. Quoꝝ primũ est comestio psicoꝝ: de quibus galienus scḋo alimentoꝝ. capitulo decimonono. dicit ꝙ ꝛ hoꝝ succus ꝛ ꝙ velut caro facile corruptibilis est. ꝛ omnino quidẽ prauus: quare non oportet sicut quedam post aliud alimẽtũ offerre corrumpũtur enim supnatantia. Meminisse autem oportet huius quod est cõmune in omnibus quecunqꝫ cacochima humida ꝛ lubrica ꝛ facile subire potentia. propter hoc oportet ipsa comedere p̄ora aliis. sic enim ipsa celeriter subeunt: ꝛ illis viam faciunt. vltimo aũt sumpta simul corrumpunt ꝛ alia. Et ita patet ꝙ istud dictum debet intelligi de persicis comestis post cibum aliũ: quia ip̄a sumpta ante cibum bona sunt stomacho ventrem lenientia atqꝫ appetitum ꝓuocantia. Iuxta illud Auicẽne scḋo canonis. cap̄. de persicis dicentis Matura sunt bona stomacho: ꝛ in eis est virtus faciendi appetitũ cibi. Et subdit Auicenna. Et oportet quidem vt nõ comedanꝭ post aliũ cibũ qm̃ corrũpunꝭ post eum: sed p̄cedant ante cibuꝫ. Similiter serapiõ in aggregatore. cap̄. ḋ eis auctoritate Dyascoridis ait. Matura ex persicis sunt bona stomacho ꝛ molliunt ventrẽ. Immatura ṽo stringunt. ꝛ qñ desiccãtur stringunt fortius: ꝛ decoctio siccoꝝ qñ scilꝫ bibitur ꝓhibet fluxum humiditatũ ad stomachũ ꝛ ventrẽ. ꝛ qñ trita super locũ puluerisantur vnde fluit sanguis abscindunt eũ. Et lꝫ p̄narrata habeãt iuuamẽta q2 tñ humorẽ generãt putrefactibileꝫ nociua sunt infirmis ꝛ maxime qñ indebite sumunꝭ. Et sunt persica frigida in p̄mo gradu. ꝛ humida in scḋo. ¶ Secundũ est pira: siue comestio piroꝝ. Et causa eius est q2 pira ꝛ generaliter ois fruct⁹ recẽs nõ correctus replet sanguineꝫ aquositate ebulliente in corpore. ꝛ sic p̄parant sanguinẽ ad putrefactõeꝫ. ꝛ ꝑ ꝯñs nocẽt egris. Pira siĺr vt ait Auicẽna scḋo canonis. cap̄. de eis a ꝓprietate inducũt colicã Ipsa tñ inter ceteros fructus multũ impinguãt. propterea porci ex ip̄s piris impinguanꝭ plusqꝫ ab aliq̄bus aliis fructibus. Et q2 pira

animalibus silvestribus ꝛ domesticis. ¶ Octauũ est caro leporina: que similiter sanguinis melancolici est generatiua. Dicit enĩ Rasis de ea loco ꝑallegato. Ipsa enĩ plus alijs melancolie generatiua est Et de ista etiam dicit ysaac in dictis vniuersalibus ꝙ non conuenit in via cibi sed solum in via medicine. Et est sciendũ ꝙ ista caro leporina ꝛ similiter ceruina cum ꝑuenerint ad antiquitatem simpliciter sunt euitande: si tñ aliquo modo ꝯueniant meliores sunt iste carnes cũ partui sunt ꝓpinque: vt siccitas eaꝝ obtemperetur ab etate. ꝛ etiã sunt euitande nisi sint pingues. naꝫ ex eaꝝ pinguedine obtemperatur siccitas. ¶ Nonũ est caro caprina. ¶ Decimũ est caro bouina: quia iste carnes etiã sunt carnes melancolice. nam ysaac in dietis vniuersalibus ð eis dicit. Caro caprina ꝛ bouina sunt pessima: dura ꝛ in digestione tarda: ꝛ digesta grossum generant sanguinẽ ꝛ melancolicũ Et auicẽna secũdo canonis de carne caprina dicit. Caprina ꝟo nõ est bona multuꝫ: ꝛ eius humor fortasse est malus valde. Et sub istis etiam intelligite carnem hircinã ꝛ vaccinaꝫ: que peiores sunt ꝑdictis carnibus scꝫ caprinis ꝛ bouinis. Nam de eis dicit Auicẽna secũdo canonis. cap̃. de carne. Caro vaccina ꝛ ceruoꝝ ꝛ hircoꝝ siluestriũ et magnaꝝ auiũ facit euenire febres quartanas. Et de carne vaccina adhuc dicit ꝙ caro vaccina plurimi nutrimẽti est grossa melãcolica generans egritudines melancolicas. Et vlterius dicit ꝙ caro vaccina generat leprã. Et de carne hircina dicit ꝙ ẽ mala absolute. Quia iam textus locut⁹ est de carnibus vitandis ꝛ maxime animaliũ quadrupedũ: videndũ est vlterius de carnibus eligendis animaliũ quadrupedũ. Et quia circa electõnem carniũ animaliũ quadrupedũ cõtrouersia videtur inter autores medicine. Quidam enĩ dicũt carnes porcinas esse meliores sicut galienus ꝛ quidam alij. Alij ꝟo dicunt carnes hedinas esse meliores sicut Rasis/ Auicẽna/ Auerroys. licet Auerroys quinto colliget imponat Auicẽne ꝙ dixerit carnes porcinas esse meliores: quod tñ non dicit autoritate ꝓpria sed autoritate christianoꝝ. Alij ꝟo vitulinas laudant pre aliis carnib⁹. ¶ Secũdũ est ꝙ electio ꝛ melioritas carniũ animaliũ quadrupedũ potest multipliciter attendi. Primo mõ ex parte maioris nutrimenti ꝛ irresolubilioris ꝛ carnibus humanis similioris. ꝛ isto modo caro porcina ceteris est melior. primo ꝓpter maximã similitudinẽ cuꝫ carnibus humanis. teste galieno tertio alimentoꝝ: vbi dicit. Porcine aũt carnis similitudinẽ ad homines addiscere est ex eo ꝙ quidam comederunt humanas carnes vt porcinas nullam suspitõnem habentes secũdũ gustum ipsaꝝ ꝛ odorẽ. Et auicẽna secũdo canonis. cap̃. de sanguĩe ait. Sanguis hominis ꝛ sanguis porci sunt similes in omni re: ita vt quidam fuerunt qui vendebant carnẽ hominis ac si esset caro porci

z occultatū fuerat illud vsq₃ quo inuenti fuerant in ea digiti homis. Et istud idem sentit satis auerroys quinto colliget. ca. de carne. Secundo q2 caro porcina valde nutritiua est. nam dicit galienus tercio alimentoꝝ. Dim edulioꝝ caro porcoꝝ est maxime nutritiua: z huius expientiā euidentissimā hn̄t athlete. Et postea eodē libro ait. Porcoꝝ carne nullum aliud amplioris nutrimēti habebis sumere. Tertio q2 generat alimentū stabile fortiter resistens resolutiōi. z ista fuit mens galieni in passibus vbi non paꝝ prefert porcinas carnes ceteris carnibus. sc₃ in octauo de ingenio. vbi dicit. Ceteris carnib⁹ porcina est laudabilior si porcus montana incoluerit: post porcu₃ edus. Et similiter in quinto terapentice: vbi dicit. Quadrupedū caro laudabilior est porcina in calore z humiditate tēpata: eiusq₃ cibus plurimus. z sanguis ab ea generatus omī melior est sanguine. Et istud v̄itatē h₃ de carne porcoꝝ nō antiquoꝝ. q2 eoꝝ caro indigestibilis ē: nec iuuenū siue lactantiū: q2 caro eoꝝ humidissima est sed etate mediocrū: puta vnius anni vel duoꝝ tam domesticoꝝ q̄₃ siluestriū. Verisimilius tamē estimandū est q̄ porci siluestres sunt domesticis meliores. q2 carnes porcoꝝ domesticorū sunt plus debito viscosiores. Et de carnibus porci siluestris siue apri dicit Auicēna scd̄o canōis. capitulo de carne. Christiani vero dixerūt z qui eos imitātur q̄ melior caro siluestris est caro porci siluestris. nam cum hoc q̄ est leuior carnibus domestici porci ē fortis nutrimenti z plurimi: z est velocis digestionis. z est melior q̄₃ esse potest in hyeme. Et ex isto vlteri⁹ sequitur q̄ p̄dicte carnes porcine multū laudabiles sunt corpib⁹ iuuenibus sanis fortibus laborātib⁹ nō dispositis ad opilatiōes. z his q̄ impinguari querūt. q2 talia corpora indigent plurimo nutrimento z difficulter resolubili. Et ergo dicit rasis tertio almāsoꝝ. capitulo de v̄tute carniū. Caro v̄o grossa multū laborantibus ꝯueniens ē. subtilis vero his qui predictis sunt ꝯtrarij ꝯuenit. Et idem vult Auicēna tertia primi. capitulo de regimīe eius quod comeditur dicēs. Exercitati p̄terea z multi laboris magi sunt tolerātes nutrientia grossa Alio modo potest attendi melioritas z electio carniū ex parte tēperate ꝯplexionis eaꝝ facilis digestōnis z sanguinis ex ipsis generati temperantiā. vt sc₃ illa caro dicatur melior que temperate est cōplexionis facilis digestōnis sanguinem generans temperatū in caliditate z frigiditate subtilitate z grossicie. Et isto modo caro hedulina est melior z laudabilior ceteris. vt vult Rasis: auicēna: z auerroys. Nam dicit rasis tertio almasoris. cap̄. de animalibus siluestribus z domesticis. Edulina caro est temperata nullam in se habēs malicie admixtōnem: que lic₃ temperatū generet sanguinem: laborantibus tamen nō congruit cui nulla alia caro p̄ferenda est. Nō est em̄ adeo

debilis vt ex ea virtus minuatur:neqȝ eius nutrimentum adeo multum est ꝛ grossum:vt ex eo ꝓueniat repletio grossus generetur sanguis. Sanguis quoqȝ qui ex ea generatur inter subtilem ꝛ grossum ac inter calidum ꝛ frigidum existit. Et ista caro non ꝯuenit multum laborantibus:sed iuuenibꝰ temperatis exercitio mediocri vtentibꝰ. quia ista caro generat sanguineȝ forti exercitio vel labore faciliter resolubilem:licȝ nõ exercitio mediocri. Et sicut quo ad istã intentionẽ caro edina inter carnes domesticas:ita caro capreoli inter carnes siluestres est melior. Et post istam carnem edinam plurimi medicorūȝ sicut rasis ꝛ auerroys ponunt carnem arietinaȝ. Et dicit auerroys q̄nto colliget. cap̄. de carne. ꝙ hec ē opinio maioris partis medicoꝝ preter galienū:qui abhominatur carnes arietum. Et videtur sibi ꝙ caro vituloꝝ est melioris nutrimenti ꝙ̄ arietina. Et forsan galienus hic attendit melioritatem nutrimenti ex eo ꝙ est plurimuȝ nutrire et nutrimētū dare magis irresolubile qꝺ magis videt̄ ꝯuenire carnibꝰ vitulinis ꝙ̄ arietinis:cuȝ arietine magis humide sint. Tertio modo potest attendi melioritas ꝛ electio carniū ex parte minoris viscositatis ꝛ melioris odoris eaꝝ. et sic carnes vituline sunt meliores ceteris carnibꝰ. Et istud innuit auerroys quinto colliget. ca. de carne dicēs Et carnes vituloruȝ sunt bone carnes ideo quia non habent vllam viscositatem frigiditatem ꝛ siccitatem quam habēt carnes bouine veteres:ꝛ carnes eorum sunt magis odorifere aliꝭ carnibus:ꝛ q̄tū est in hoc meliores sunt carnibus edulinis:quia in carnibꝰ edulinis manifestatur quedaȝ muscillago.i. viscositas anteq̄ coquantur. sed carnes eduline sunt meliores vitulinis:quia meliores generant humores. Et ex isto patet quomodo non est tanta ꝯtrouersia inter autores medicine super electiõe carniū:quanta prima facie apparet.

¶ Notandum est insuper ꝙ carnes animaliū sicce ꝯplexionis meliores sunt circa partū ꝙ̄ distātes multum a partu:ꝛ ideo hedi ꝛ lactātes vituli meliores sunt hircis ꝛ bobus:quia sua siccitas p̄me etatis humiditate corrigitur. Sed carnes animaliū ꝯplexionis hūide sunt meliores distātes a partu ꝛ circa partū deteriores: qꝛ sua nimia humiditas ꝓcessu etatis exsiccātis scȝ iuuētutis corrigitur aut tollitur ꝛ ab hūiditate p̄me etatis crescit. ꝛ ideo iuuenes castrati arietes scȝ vnius anni sunt meliores ꝛ minus viscosi lactantibus agnis:ꝛ porci vnius āni vel duoꝝ meliores lactātibus porcellis. Et ergo bñ dicit Auicēna tertia primi. capitulo de regimīe eius quod comedit. Oportet autē vt cibus supple sanitatis ꝯseruatiuus sit talis quales sunt carnes:ꝛ ꝓprie carnes hedoꝝ ꝛ vituloꝝ lactantiū paruoꝝ ꝛ agnorū animaliū. Ex istis omnibus ꝯcluditur ꝙ carnes hircoꝝ caprarum ꝛ arietum boū ꝛ porcoꝝ antiquoꝝ ꝛ specialiter nõ castratoꝝ ꝛ porcel-

lorum lactantium et agnorum lactantium non sunt multum conuenientes in regimine sanitatis: sed carnes vitulorum iuuenum et arietum annalium et porcorum duorum annorum vel vnius etiam castratorum sufficienter conuenientes sunt esui in regimine sanitatis. Et est diligenter notandum quod carnes declinantes ad siccitatem debent elixari: et declinantes ad humiditatem debent assari. vt earum humiditas temperetur. et ideo carnes cuniculorum leporum/ceruorum/vitulorum et capriolorum debent elixari: et carnes porcellorum et castratorum arietum assari. elixatio enim obtemperat siccitatem. Et ex hoc patet quod in temporibus et complexionibus humidis magis competunt carnes declinantes ad siccitatem et assentur. In temporibus siccis et complexione et etate siccis magis competunt carnes declinantes ad humiditatem.

Oua recentia: vina rubentia: pinguia iura: Cum simula pura nature sunt valitura.

¶ In hoc textu ponuntur tria alimenta que in modica quantitate multum nutriunt. Quorum primum est oua recentia: quia sunt de his que in modica quantitate multum nutriunt. vt innuit auicenna secundo canonis. cap. de ouis. Et idem vult quarta primi. cap. primo. vbi dicit. Nutriens vero parue quantitatis et multi nutrimenti sunt oua et gallorum testiculi. Et illud idem in multis aliis locis repetit. ¶ Circa electionem ouorum sciendum est quod oua gallinarum et perdicum et faseanorum iuuenum et pinguium sunt bona in sanitatis regimine: et aliis ouis simpliciter meliora. vnde oua paruula longa sunt bona. vnde. Filia presbyteri iubet pro lege teneri. Quod bona sunt oua candida longa noua. Amplius oua tremula. i. per decoctionem aliqualiter inspissata vt in manu tenentis in cortice suo videantur tremere sunt meliora duris et sorbilibus et sunt multi nutrimenti et facilis et bone digestionis. et generant sanguinem maxime cordi proportionabilem. vnde conualescentibus senibus et debilibus maxime conueniunt et maxime vitella. Unde Auicenna in tractatu de viribus cordis vult quod vitella ouorum animalium bone carnis sicut gallinarum perdicum et faseanorum licet non sint medicine cordi: multum tamen cor confortant. Et postea subdit quod cito in sanguinem conuertuntur et post conuersionem paucam habent superfluitatem et generant sanguinem subtilem et clarum. et ergo maxime confortant cor generando sanguinem et proportionalem. Et vlterius dicit quod multum valent in dissolutione substantie spiritus et diminutione sanguinis cordis. Sorbilia vero oua facilis sunt digestionis et leniunt pulmonem et pectus et ventrem lubricant et minus nutriunt quam tremula. Dura vero oua per decoctionem facta ad digerendum sunt difficilia et nutrimentum exhibent grossum et tarde a stomacho descendens et tarde penetratiuum. ¶ Notandum est

insuper q ex diuersitate preparatiōis ouoꝝ etiam acquiritur eis bonitas vel malicia. Aut eñ sūt assata: aut elixa aut frixa aut i iure sūt cocta. Assata elixis grossiora sunt ⁊ ad digerendū duriora: q2 focus substantialē eoꝝ humiditatē desiccat. Et fiunt duobus modis. Aut em̄ cū corticib9 inter calidos cineres ponūtur: aut in testis franguntˀ In testis fracta peiora sunt alijs. Illa aūt que cum corticibus inter calidos cineres ponūtur duobus fiunt modis. aut inter cineres ponūtur tota: aut super carbones partim discoopta: que in cinerib9 ponūtur tota sunt peiora q2 cuȝ calor foci circuiat fumositates retinet. Discoopta suꝑ carbones posita fumositateȝ emittūt ⁊ mūda fiunt. Elixa in aqua meliores sunt q̄ꝫ assata: q2 aque humiditas calori foci in humiditate desiccanda repugnat. Et fiunt duob9 modis. aut em̄ cum corticibus elixantur: aut intra aquā frangūtur. Cum corticib9 peiora sunt aliis: q2 cortices ꝓhibent dissolutiōȝ fumositatū ⁊ grossiciei. In aqua fracta calor aque tꝑate penetrat ⁊ grossiciē suā subtiliat ⁊ aufert sibi grauitatē sui odoris. Uñ hmōi laudabiliora sunt ceteris omnib9. Frixa ceteris peiora sunt: q2 pessimos generant humores ⁊ sunt stomacho morantia fumositatē ⁊ corruptōnē inducentia ⁊ fastidiuȝ facientia. In iure cocta inter assata ⁊ in aqua fracta sunt mediocria. Et ista colligūtur ex ysaac in dietis vniuersalib9. Sciendum est etiā q ouū diuersificatur ꝓm eius partes componētes. Nā vitellū in caliditate tempatū existit. Albumen ꝟo frigidū est ⁊ viscosum: dure digeritur. ⁊ sanguis etiā ex eo generatus nō est bonus. vt habetˀ ex Rasi ꝓtio almasoris. cap̄. de ꝟtutibus ouoꝝ. Et sicut oua p̄dicta scȝ gallinaꝝ ꝑdicū ⁊ fasceanoꝝ sunt ꝯuenientia in regimīe sanitatis: ita oua anatū anseꝝ strutionū ⁊ similiū volatiliū minus ꝯuenientia sunt in regimine sanitatis: vel simpliciter euitanda. ¶ Secūdum est vinū rubeū: pro quo sciendū q vina diuersificātur in colore Nam quedā sunt alba: quedā rubea clara: quedā citrina: ⁊ quedam nigra. Uina em̄ alba debiliora sunt ceteris minus calida ⁊ min9 nutritiua. veꝝ sunt minus ledentia caput: ⁊ magis vrine ꝓuocatiua ⁊ aperitiua. Qd̄ sint debiliora ceteris patet: q2 ꝓm galienū suꝑ primo canone tertie particule regiminis acutoꝝ Debile vinū est qd̄ minus calefacit ⁊ minus replet caput. Cum g̊ vina alba minus calefaciūt ⁊ minus replent caput ceteris: vt patebit debiliora erunt ceteris. Qd̄ aūt vina alba sunt ceteris minus calida: patet ꝑ galienū in cōmēto illius canonis tertie particule regiminis acutorū. de vino etem̄ albo dicentē. Nō ē possibile alicui ex vinis albis vt calefaciat calefactiōe vehemēti. Et postea subdit. Uinū aūt albū est minoris calefactōis omnibus vinis. Et istud est veꝝ ꝯpando vina eiusdē territorij ad inuicem ⁊ nō aliter: qm̄ vina rubea ⁊ ruffa gallicana nō sunt ita fortia

nec ita calida: sicut sunt multa vina alba que repiũtur in alijs territo rijs. Debet igitur fieri ꝯpatio inter vina eiusdẽ maneriei ⁊ territorij. Qđ aũt sint ceteris minus nutritiua pꝫ p Galienũ in cõmento illius amphorismi secũde particule amphorismoꝝ Facile est repleri potu q̃ꝫ cibo dicentẽ. Vinũ em̃ aquosum subtile atqꝫ albũ vsualiter aque est vicinũ: ⁊ illius ꝟtutes vicianꝶ ad nutriẽdũ vnde vrina ꝓuocatur: nec corpus inde nutritur. Et similiter in cõmento illiꝰ amphorismi eiusdem pticule. Eoꝝ q̇ nutriunꝶ dicit Galienus. Vinũ aquosum mi nus dat corpori nutrimentũ cuius liquor est sicut aqua subtilissima ⁊ color albus. Qđ aũt minus ledũt caput pꝫ p Auicennã. tertia p̈mi doctrina secũda. cap̃. đ regimine aque ⁊ vini dicentẽ. Vinũ ꝟo albũ ⁊ subtile calefactis est melius. nõ em̃ capitis efficit dolorem: sed for tasse humectabit/⁊ capitis dolorẽ alleuiabit. Et idem etiã vult Ga lienus in cõmento illius canonis tertie particule regiminis acutoꝝ. Potus aũt dulcis. Ratio aũt quare minus ledũt caput est: qꝛ minꝰ fumosa ⁊ vaporosa sunt ceteris. Qđ aũt magis sunt vrine ꝓuocati ua ⁊ aperitiua pꝫ per ypocratẽ in canone illo tertie particule regimi nis acutoꝝ. de vino etem̃ albo dicentẽ. Sed transitus eius scilꝫ vini albi in vesicam est facilior q̃ꝫ cuiuslibet alterius potus. cũ quo etiaꝫ vim apitiuaꝫ habere dinoscitur. Et ex isto sequitur ꝙ ista vina alba subtilia plus ꝯueniunt q̃ꝫ alia vina calefactis siue a natura sicut co lericis ⁊ sanguineis naturalibus: siue ab accidente sicut calefactis ex ira vel mora in sole. Et similiter magis ꝯueniunt studentibus qui de bent vti vino nõ turbante cerebꝝ. Et similiter ꝯueniũt habentibus cerebꝝ debile: siue naturaliter siue accidentaliter: qꝛ habentes cere brum debile ex forti vino faciliter inebriãtur. vt habet Auicenna: ter tia primi. loco p̃allegato. Et ergo si vti velint vinis fortibus necesse est ea fortiter limphare. Et similiter ꝯueniunt habentibus epar ca lidum ⁊ stomachũ calidũ. ⁊ habitantibus in regione calida: quia ca lida vina in istis facerent estuatõem. Vina ꝟo rubea clara sicut bel uensia calidiora sunt ceteris vt vult Galienus in cõmento illius ca nonis supra allegati. De vino etem̃ albo. vbi dicit: verũtamen cuius calefactio ex vinis est vehemẽs: eius color est rubeus clarus. Et ista vina etiam nutribiliora sunt ceteris. vt habet Galienus in cõmento illius amphorismi p̃allegati. Facile est repleri. vbi dicit. Grossum ꝟo ⁊ rubeũ vinuꝫ nutribilius est ceteris. implens corpora cito obnoxia inanitõni. ¶ Et circa istud est intelligendũ ꝙ vina rubea dicũtur nu tribiliora eo ꝙ plus eorum in substantiam membrorum ꝯuertitur. Vina tamen nigra possunt dici nutribiliora ceteris. quia ꝯstantius dant nutrimẽtũ ⁊ tardius a membris resolubile. Et isto modo dicit Galienus in cõmẽto illius amphorismi p̃allegati. Eoꝝ q̇ nutriũtur

ꝙ vina grossa ⁊ rubea nutribiliora sunt q̃ꝫ aquosa: minus tamen q̃ꝫ nigra. Et isto modo etiã intelligit̃ dictum ysaac in dictis pticularib⁹ vbi vult ꝙ vinũ nigꝝ plus nutrit q̃ꝫ rubeũ. Et ista vina rubea magi ledunt caput q̃ꝫ alba: et minus vrine sunt ꝓuocatiua. Et hinc est ꝙ ista vina q̄ fortia sunt habentibus debile cerebꝝ nõ ꝯueniũt vt dictum est. sed bñ ꝯueniũt habentibus forte cerebꝝ: cum forte cerebrũ vapores eleuat ad ipsum nõ suscipit. vt dicit Auicẽna tertia primi. cap̃. preallegato. ¶ Et circa istud est sciendum ꝙ ingeniuꝫ hominis fortis cerebri magis clarificatur ⁊ acuitur si bibat vinũ bonum q̃ꝫ si nõ biberet. vt vult Auicẽna tertia primi. cap̃. preallegato. Et ratõ ẽ q̄ ex bono vino plusq̃ꝫ ex q̃cunqꝫ alio potu generãtur ⁊ multiplicãt̃ spiritus subtiles clari ⁊ parui. Et inde est ꝙ theologi ꝯtemplari soliti circa altissima bona vina diligunt. Et scd̃m Auicẽnam ibi. Ista vina valẽt hominibus frigide ꝯplexionis ⁊ fleumaticis. Talia nãqꝫ vina corrigunt lapsum frigiditatis ꝯplexionis: ⁊ aperiũt opilatões euenire solitas frigidis fleumaticis ⁊ digerũt fleumata cooperantia ad ꝯuersionem eoꝝ in sanguinem: ⁊ digeruntur faciliter ⁊ cito penetrant ⁊ prebent alimentũ mũdum ⁊ spiritus plurimos. ¶ Uina ṽo citrina minoris calefactiõis sunt q̃ꝫ rubea clara vt vult Gallienus in cõmento illius canonis p̃allegati. De vino eteñ albo. maioris tñ calefactõnis sunt q̃ꝫ alba. et ergo etiam magis sunt caput ledentia q̃ꝫ alba. vt vult gallienus in cõmento illius canonis p̃allegati. Potus autem dulcis. Et ista vina etiam minus nutritiua sunt q̃ꝫ rubea: magis tñ q̃ꝫ alba. Et apud quosdam ista vina etiaꝫ vocantur alba. Et hinc est ꝙ aliqui dicunt ꝙ vina alba cito calefaciũt multum. Uina vero nigra sunt minoris calefactõnis q̃ꝫ citrina. ⁊ ergo etiam min⁹ ledunt caput q̃ꝫ citrina. Sed quia tardioris descensus sunt in ventrẽ ⁊ minus vrine ꝓuocatiua q̃ꝫ alba. magis ledũt caput q̃ꝫ alba vt habet Gallienus in cõmento illius canonis preallegati. Potus autem dulcis. Et sunt ista vina ẽt plus nutritiua q̃ꝫ alba ⁊ citrina: min⁹ tñ q̃ꝫ rubea vt predictum est. ¶ Tertium est sorbilia facta ex iurib⁹ carnium ⁊ maxime ex brodio pullorum. Talia enim brodia nature humane sunt amica: ex quo facilime ĩ sanguinẽ sunt mutabilia: ⁊ bonũ sanguinẽ generant. Et maxime duꝫ fiunt ex simula. i. ex subtilissima parte farine: q̄ simula ⁊ maxime tritici multum nutritiua est ⁊ bonũ nutrimentũ affert: vt haberi potest ex Rasi tertio almansoris. Et ista tria predicta ponit Auicenna secunda primi. doctrina scd̃a. summa prima. cap̃. xv. in fine. vbi dicit. Exemplum subtilis multi nutrimẽti boni chimi. i. humoris est ouorum vitelli ⁊ vinuꝫ ⁊ aqua carnis. Et ex isto ꝯcluditur ꝙ ista tria sunt de genere naturaꝫ humanã maxime ꝯfortantium.

Nutrit et impinguat triticum: lac: caseus infans:
Testiculi: porcina caro: cerebella: medulle.
Dulcia vina: cibus gustu iocundior: oua
Sorbilia: mature ficus: vueque recentes.

¶ In hoc textu tangūtur duodecim res: corpus humanū nutriētes ac impinguantes. Quarum prima est triticum .i. panis ex tritico. de quo dicit auicenna secūdo canonis. cap. de pane. quod impinguat velociter et maxime de frumento nouo. Rasis vero tertio almasoris de tritico dicit. Triticum temperamento vicinū est: licet caliditati parum attineat. Quod autem ponderosius et solidius inuenitur maioris est nutrimēti Omnibus quoque hominibus aliis granis proficiens magis proprium inuenitur. Sanguis etiam ex eo generatus omni sanguine qui ex aliis generatur granis temperatior est. Et sequenti cap. dicit. Panis qui ex tritico fit plurimū hominibus conuenientior est. ¶ Circa electōnem autem tritici sciendum est quod electio eius potest sumi vno modo ex parte substantie ipsius. alio modo ex parte preparatōnis eius. Electionem autem eius ex parte substantie ipsius ponit Auicēna secūdo canonis cap. de frumento dicens. Melius est illud quod est mediuz inter duriciē et caritatem magnū pingue recens .i. non nimis antiquū: planuz quod est inter rubedinem et albedinem. Frumentū vero nigrum mali ē nutrimenti. Rasis vero superaddit ponderositatem eius super electione eius. Circa electōnem vero eius ex parte preparatōnis eius sciendum est quod omnia que sunt ex farina tritici frixa tarde a stomacho descendunt: generant grossos humores/ oppilant vias epatis/ augmentant splenem, et generant calculum/ multum nutriūt si digerātur. Triticū vero elixuz est cibus grauis et indigestibilis: sed si digeratur fortiter nutrit et roborat virtutem. Sed triticum sub forma panis bene fermētati et assati in clibano moderato igne est electus cibus. Et omnia ista colligūtur ex Galieno primo alimētorum. ¶ Secūda res est lac. et pōt istud intelligi de lacte ebutirato: quod apud medicos adoc dicitur. et apud cōmunes balbuca. Balbuca enim recens si comedatur cū pane recenti siue calido et imposito maxime impinguat. Potest etiam intelligi de lacte caprino quod etiam multū nutrit. de quo prius latius dictum est ibi. Persica poma pira. ¶ Tertia res est caseus infans siue recens. de quo dicit Auicēna secūdo canonis. cap. de caseo. quod ē nutritiuus et impinguatiuus. Et licz caseus recens nutriat et impinguet: in regimine tamē sanitatis nō conuenit. quia sequūtur ex eo nocumenta prius dicta ibi. Persica poma pira. ¶ Quarta res ē testiculi. Et istud maxime intelligendum ē de testiculis gallorum impinguatorum. de quibus Auicēna secundo canonis. cap. de testiculo. dicit quod sunt

valde boni nutrimenti ꝛ plurimi. Et quarta pꝛimi. cap̄. pꝛimo. ꝺ eis dicit ꝙ in modica quantitate multū nutriūt. Et poteſt iſtud etiā intelligi de teſticulis poꝛcoꝝ multū pinguiū nondū coeuntiū. ſicut em̄ poꝛcoꝝ caro ea alioꝝ animaliū quadrupedum melioꝛ exiſtit. ꝛ hoc quo ad hoc quod eſt nutrimentū pꝛebere magis irreſolubilius ꝛ coꝛpori humano ſimilius. ſic etiaꝫ ꝛ poꝛcoꝝ teſticuli reſpectu teſticuloꝝ alioꝝ animaliū quadrupedū. ¶ Et eſt hic diligenter notandū ꝙ teſticuli animaliū ꝑuectoꝝ in quibus eſt iam fermentatū ſemen ꝛ generatum nō ſunt boni nutrimenti: ſed teſticuli animaliū iuuenū adhuc nō coire potentiū quibus adhuc nō eſt ſperma fermentatū: ſunt ſatis laudabilis nutrimenti ſi bene digerantur. Et de iſtis etiā intelligitur dictum pꝛius. ¶ Quinta eſt caro poꝛcina: de cuius electione ꝛ effectu ſatis ample dictum eſt pꝛius ibi. Perſica ꝛc. ¶ Sexta eſt comeſtio cerebꝛoꝝ. Pꝛo quo ſciendū eſt ꝙ cerebꝝ eſt ſtomacho malum nauſeatiuū/deiectiuū appetitus/ꝛ groſſi humoꝛis generatiuū. Verū tn̄ eſt ꝙ ſi bene digeratur alimētū dat coꝛpori notabile: ſed nullo modo comedi debet poſt alios cibos. Bonum autem eſt ꝙ cū oꝛgano vel calamento vel cum aliquibus obtemperantib⁹ eius viſcoſitateꝫ ꝛ frigiditatē in quibus ſit virtus inciſiua ꝛ calefactiua pareꝭ Et cauendum eſt ꝙ ſi comedatur ꝙ pꝛimit⁹ aſſetur ſuper carbones Et eſt aduertēdū ꝙ nō ꝯfert illis quib⁹ frigide ſolent aduenire egritudines: ſed bene habentib⁹ ꝯplexionem calidam. vt vult Raſis tertio almaſoꝛis. cap̄. de virtutibus membꝛoꝝ animaliuꝫ. Et bꝛeuiter paꝝ ꝯuenit in regimine ſanitatis. ſed aliquando bn̄ ꝯuenit via medicine ſicut cerebꝝ capꝛioloꝝ ꝯueniens eſt ꝯtra venena ꝛ ꝯtra moꝛſuꝫ venenoſoꝝ. ꝛ cerebꝝ lepoꝛis ꝯtra tremoꝛem. ꝛ ſcd̄m quoſdā cerebꝝ pulloꝝ ꝛ caponū ad memoꝛiam ꝛ ſubtiliatōnem ingenij conferunt. ¶ Circa electōnem tamen cerebꝛoꝝ ſciendū eſt ꝙ melioꝛa eoꝝ ſunt cerebꝛa volatiliū: ꝛ ꝓpꝛie montanoꝝ: ꝛ ex cerebꝛis quadrupedū cerebꝛum arietis: deinde vituli. vt vult Auicēna ſecūdo canonis. cap̄. de cerebꝛo. ¶ Septima eſt medulle que multi ſunt nutrimenti ſi bn̄ digerantur: ꝑut dicit Auicēna ſecundo canonis. cap̄. de medulla. Et etiam facile in ſanguinē ꝯuertūtur. Hoc tn̄ malum faciūt ꝙ deiciūt appetituꝫ/atqꝫ nauſeā inducūt. ꝛ ergo auicēna docet eas comedere cum piperibus. Et etiam aliqui eas p̄parant cū citonijs ꝛ paſtillis vt faciūt leccardi. Et ꝑ electōne eaꝝ dicit Auicenna ꝙ ꝯuenientioꝛ eſt medulla vituloꝝ ꝛ cerui deinde tauri: ꝛ poſtea capꝛarum: deinde ouiū. Et ſm̄ aliquos medulle tauroꝝ iuuenū ꝛ pinguiū multum cōuenientes ſunt. ¶ Octaua eſt dulcia vina: ꝺ quibus poſterius diceꝭ ibi. Sunt nutritiua. ¶ Nona eſt cibus guſtu iocūdioꝛ. quia talis maxime nutrit. Juxta illud ypocratis ſecūda particula amphoꝛiſmoꝝ

dicentis. Parum deterior cibus ⁊ potus delectabilior quidē melio ribus magis delectabilis est appetendus. Et gallienus in cōmento illius ait. Omnis eñ cibus sapidus in quo quisq̃ delectatur cum ac cipitur a stomacho complexus retinet: ⁊ cum magna delectatōne di geritur: plusq̃ alius qui si sit abhominabilis fugit vnde vomitus fa stidiū inflatio rugit⁹ generant. Et hinc est q aliqui melius valent cū malo cibo q̃ cum bono: quia maiorem delectatōnē habēt in malo.
¶ Decima est oua sorbilia que in modica quantitate etiam multū nutriunt. de qbus etiā dictū est supra ibi. Oua recentis. ¶ Undecia est ficus mature que pp suam dulcedinē multū nutriūt ⁊ īpinguant Circa istud tamen sciendū est q lꝫ nutrimentū ficus nō existat in robore nutrimēti carnis ⁊ granoꝝ: est tñ vehementioris roboris q̃ nu trimentū oīm fructuū. vt vult Auicēna secūdo canonis. cap̄. de ficu bus. Et ibidem etiam dicit q ficus est nutribilior ceteris fructibus. Et idem vult Auicēna tertia primi. cap̄. de regimine eius qđ come ditur dicens: q inter fructus/ fructus magis nutritiui ⁊ similiores ⁊ ꝓpinquiores carnibus in nutriendo sunt ficus ⁊ vue valde mature ⁊ dactili. ¶ Circa electōnem ꝟo eaꝝ sciendū est q scđm Auicennaꝫ secundo canonis. cap̄. de ficubus. Melior ē alba quia leuior. deinde rubea siue citrina. ⁊ deinde nigra. Et que vehement matura est me lior est ⁊ ꝓxima ad hoc vt non noceat. Item humide ⁊ recentes fi cus magis ⁊ velocius nutritiue sunt q̃ sicce: ⁊ citius transeūt de sto macho ad epar. ⁊ magis humectant epar: ⁊ magis lenificāt q̃ sicce Uerum sicce sunt minus inflatiue ⁊ magis stomacho conuenientes q̃ humide. Et de siccis dicit Auicenna loco preallegato. Sicca qui dem in suis operatōnibus est laudabilis: verum sanguis ex ea gene ratus non est bonus. ⁊ propter hoc facit pediculos: verum si sit cum nuce: tunc eius chimus. id est humor fit bonus ⁊ post nucē cū amig dala. Et postea dicit q administratio sicce cum ieiuniū adest est mi rabilis iuuamenti in aperiendo vias cibi. ⁊ ꝓprie cum nuce ⁊ amig dala: cum tamen eius nutrimentū cum nuce sit plus q̃ cum amigda la. Et conueniunt vtreq̃ ficus in hoc q in ipsis est inflatio ⁊ lenifi catio ⁊ expulsio superfluitatum ad cutem: ⁊ prouocatio sudoris ⁊ re motio asperitatis gutturis: ⁊ mundificatio ⁊ lenitio pectoris: pulmo nis ⁊ canne eius et apertio opilationum epatis renum et splenis.
¶ Duodecima res est vua recens. id est vua dulcis et bene matura. Pro quo sciendum q vua est triplex. Nam quedam est immatura: et acerba: et fit ex ea agresta. et ista stringit ventrem et coleram ru beam reprimit atq̃ sanguinem. Et multum valet in fluxu ventris colerico. Alia est matura viridis et recens: ex qua fit vinum. Et ista specialiter quando est alba ⁊ sine nucleis et cortice/ ventrem la-

xat:et ceteris fructibus plurimi et melioris nutrimēti existit sicut et ficus minoris tamē nutrimēti est ꝙ ficus vt habet Auicēna secundo canonis.capi.de vua. Verū est tamen ꝙ ventositatem generat et inflationes et ventris dolorem. Et si remanserit per duos dies vel tres post collectionē suspensa donec cortex detumescat: melius nutrit et minus laxat nec tātum inflat. Et habētes stomachū plenū cibo et inmūdū malis humoribus nullomō comedant vuas et specialiter recentes et sine arillis. velociter enī in stomacho imūdo corrumpūtur: et in stomacho pleno cibis q2 nimis cito digeruntur: et non poterunt exire de stomacho post earū digestionē propter cibū nondū digestum: quare tunc in stomacho corrūpunt. et aliū cibū corrumpunt Et similiter etiā intelligendum est de alijs fructibus laxatiuis. Et si aliquis velit sumere vuā viridē et recentē bonum est ꝙ primitus infundatur in aqua feruenti per horam. et deinde ponat in aquā frigidam et post sumatur. Rasis vero tertio almasoris de vua recenti et specialiter dulci dicit ꝙ cito corpus impinguat: et augmētat erectionem virge. Et vlteri9 dicit ꝙ illa vua que ē subtilioris coru.id est corticis citius descēdit a stomacho. Illa vero que est grossioris tardius Alia est vua sicca que passula vocat. et ista licet ponatur et numeret inter equalia. parū tamē caliditati attinet: et bñ nutrit scdm Rasim loco preallegato. et cōfortat stomachū: et epar scdm auicēnā loco p̄allegato: et opilatōes remouet. Et dr ꝙ epar impinguat ex eis: et maxime si mūdent ab arillis. Et sic textus predictus potest intelligi de vua matura recenti: et de vua sicca que passula dicitur

Vina probantur odore/sapore/nitore/colore.
Si bona vina cupis: hec probantur in illis.
Fortia/formosa/fragrantia/frigida/frisca.

¶ In hoc textu ponūtur quatuor generalia: quibus vina probātur Primū est odor. Vinū eni boni odoris siue redolēs multiplicatiuū est spirituum subtiliū. Et scdm constātinuz.qnto theorice. bene nutrit et bonū sanguinem generat. Vinum vero fetidum abhominabile ē nature hūane spūs grossos et melācolicos generās. Et scdz cōstātinū qnto theorice.malū sanguinem et capitis dolorē ex malo fumo caput ascendēte generat. Galienus 2o tertia regiminis acutorū. commento primo loquens de diuersitate vinorū ex odore dicit qd ex vino est boni odoris est melioris chimi id est humoris. et secundū illud est multitudo que implet ex eo caput quod est: quia est subtilius et calidius. quod aūt ex eis est mali odoris secundū maliciā chimi generati ab eo erit paucitas lesionis eius in capite qd est. quia est frigidius et grossius. Illud aūt cui penitus non est odor nō facit omino

aliquid accidere in capite: quia est vehementer grossum. Secūdum est sapor: sicut enim cibus sapidior melius nutrit et melius a stomacho amplectitur vt dictum est in sententia precedenti. ita et vinum. Circa istud tamen est sciēdum qȝ vina in sapore diuersificantur. quedam enim sunt dulcia alijs nutribiliora grossum sanguinem facientia: et vētrem humectantia ad digerēdum dura: et sitim generantia. Alia sunt pōtica siue stiptica stomachum cōfortantia / vētrem constipantia pectori et sue pertinentie scilicet pulmoni ꝛ cāne eius nociua intestinis cōgrua ad digerendum dura. Alia sūt acerba que sunt diuretica id est vrine prouocatiua: grossos humores non generantia sȝ dissoluentia. Alia amara minus calida. vt habet constātinus quito theorice. Tertium est nitor siue resplendentia que indicat super subtilitate vini. et sic ex cōsequēti super subtilitate spirituum ex ipso generatorum. Quartum est color. Ex parte enim coloris vina diuersificantur in nutritione. Vina enim rubicūdiora ceteris paribus magis nutribilia sunt albis. ꝛ ideo plus cōueniūt macris qȝ alba. Alba tamen plus conueniunt pinguibus. Et de ista diuersitate vini ex colore dictum est prius ibi. Qua recentia. Deinde in textu ponuntur qn qȝ specialia quibus probatur bonitas vini. Primū tangitur cum dicitur fortia. Fortitudo enim vini cognoscitur ex effectu. Vinum enī forte est quod calefacit corpus vehementer replēs caput secundum Galienum commento primo tertie particule regiminis acutorum. Istud enim vinum maxime spirituum est multiplicatiuum et multum nutritiuū. Caueant tamē ab illo nisi sit limphatum qui sunt debilis cerebri: quia magna effumatio ab ipso ad cerebrum ipsorum perueniret: et ipsū lederet. Secunduȝ tāgitur cū dicitur formosa. Vinum eniȝ formosum siue pulcrū: quia cum maiori appetitu sumitur melius digeritur et melius nutrit. Tertium tāgitur cū dicitur fragrātia. Vinum eniȝ fragrans siue bene redolens maxīe confortatiuum est: et spirituuȝ subtilium generatiuum vt dictum est. Quartuȝ tangitur cū dicitur frigida. Nam vinū debet esse frigidum quo ad actum: non autē quo ad effectum. Vinum auteȝ calefactuȝ cū sit rarius et subtilius citius inebriat / neruos debilitat: et caput ledit: nisi in modica q̄titate sumptū fuerit. Quintū tāgitur cū dicit̄ frisca. Vinū enim bonū debet esse friscū siue leue qd̄ spumādo sonū facit: et habet spumā tenuē de facili labilē et in medio existentē. siue quando in eo mouētur athomi. Vinū enī nō istius dispositionis pēduluȝ dici debet ꝛ maxime si nō sonat vel corpora athomalia nō habeat. vel dȝ dici debile vel limphatū si spumā habeat cū magnis āpullis: vel ad lat⁹ cyphi spuma diu maneat.

Sunt nutritiua plus dulcia candida vina.

¶ In hoc textu ponitur vnum documentuz de vinis. Et est q vina cādida z dulcia ceteris paribꝰ plꝰ nutriunt reliq̄s vinis. et istud voluit Cōstantinus loco pallegato. z idem vult Auicēna tertia pzimi. ca. de regimine aque z vini. vbi dicit. Vinū quoq grossum qd est dulce est melius illi qui vult esse pinguis. Et ratio est q vina dulcia vehementer a membzis attrahuntur ꝓpter eorū dulcedinem cui natura congaudet. Nam dicit auicēna scd̄o canonis tractatu pzimo. capl'o tertio. Operatōnes aūt dulcis sunt digestio z lenificatio z multiplicatio nutrimenti z natura diligit ipsum: z virtus attractiua attrahit ipsum. Et licet iste textus verificetur de omni vino dulci: eligibile tñ est vinum moderate dulcedinis: z nō dulce in summo sicut vinū qd vulgo muscadellum siue muscadetū dicitur: quia tale corrūpit sanguinem. Cuius ratio est: q natura rapit auide tale vinū a stomacho ad epar plusq digeratur quod in eo ē vtile chilificatiōi: z anteq maturetur eius supfluitas ꝓpter delectatōem eius maximā in cōnaturalitate dulciū. z sic replet sanguinem aquositate indigesta ex q̄ redditur aptus ebullitōni z putrefactōni. Et istud etiam intelligendū ē de aliis cibis dulcibus in summo. Pro maiori noticia sciendum est q ex vsu vini dulcis z aliorum nutrientiū dulcium tria timentur nocumenta: z maxie his qui ad ea ꝓni sunt. Primū est fastidiū ꝓpterea q dulcia suis caliditate z humiditate leniunt: z applanāt orificium stomachi inducentia illic dispositōnem ꝯtrariam inanitōni z corrugationi illius que sunt causa famis. Secunduz est velocitas inflammatōnis eorum z ꝯuersionis in coleram. naz res dulces ꝯueniētissime sunt in generatōne colere. Et ꝓpter hoc mel plus oībus rebus generat colerā: qm ipsum est dulce oībus rebus z post ipsum vinū dulce: vt hz Galienus in cōmento illius canonis tertie particule regiminis acutorum. mentē leuius ꝑcutit. Et hinc est q inducit sitim: nec cōuenit febzicitantibus: nec etiā colericis. vt ibidem dicit Galienus. Tertiū est opilatio epatis z splenis: quia dulcia trahūtur ab eis cū fece sua propter magnam delectatōnem quaz habent in eis: z maxime epar anteq digerātur. quare illic leuiter inducūt opilatōes: coopante ad hoc substantia grossa in qua fundatur sapor dulcis ꝺm Auicennam secundo canonis. tractatu pzimo. capitulo tertio. Et hinc est q vinū dulce minus est vrine ꝓuocatiuū q̄ alia vina. Et cōtra ista tria nocumenta summe valent acetosa: quia appetitum sua acetositate ꝓuocant: z sua frigiditate inflāmatōem ꝓhibent: z subtilitate sue substantie opilatōnes aperiunt. Notandum insuper q licz vina dulcia z alia nutrimenta dulcia opilent epar z splenem: deopilant tñ ipsuz pulmonem. Et ratio quare non opilant pulmonem sicut epar z splenem est: quia a dulcibus in transitu suo per mery nil nisi subtile ad

ipsum resudat. & sanguis genitus ex rebus dulcibus ad pulmonem venit iam purificatus in epate prius & in corde subtiliatus. Et istud vult Galienus in cōmento illius canonis tertie particule regiminis acutorum. Dulcis potus. Item vina dulcia minus inebriant scd'm ypocratē. tertia ꝑticula regiminis acutoꝝ. canone illo. Mentē leuiꝰ percutit q̄ꝫ reliqua fortiora vina. Ex predictis cōcludi potest ꝙ si bibatur vinum ratōne nutritōnis corporis restauratōnis & impinguationis: sicut ꝯtingit in his qui macri sunt siue naturaliter siue accidētaliter: tunc competūt vina dulcia & grossa sufficiēter colorata. talia eñ vina sunt sufficienter nutritiua & deperditi restauratiua. & corpoꝝ impinguatiua: vnde cōuenientiora sunt ad impinguandū corpora macra. Et per oppositum si intendamus nō nutritōnem nec deꝑditorum restauratōnem nec impinguatōnem: vt cōtingit in his q̄ sunt multum carnosi & pingues. tunc vina subtilia non dulcia sed sapore amicabilia odorifera ad albedinem declinātia sufficienter fortia eligenda sunt. Si vero detur vinum ad sitis extinctōnem: tunc vinum album subtile debile est eligibilius. tale eñ vinum magis humectat & infrigidat. & per ꝯsequens melius extinguit sitim. & quāto sitis est maior tanto male vinum est ꝯuenientius. Si vero vinum detur ad spirituū cōfortatōnem & reparatōem & virtutis cōfortatōnem: tunc debet dari vinū subtile odoriferum: saporis delectabilis/mediocris coloris/sufficiētis fortitudinis. & tale vinum debet sumi cum pauco cibo. & debet esse depuratum ab vtraqꝫ suꝑfluitate. & debet sumi in pauca quātitate. Si vero intēdamꝰ pectoris & pulmonis mūdificationem & vētris laxatōem: tūc vina mediocris substātie sapore dulcia sunt magis eligibilia.

Si vinum rubeum nimium quandoqꝫ bibatur Venter stipatur: vox limpida turbificatur.

¶ In hoc passu ponūtur duo nocumenta nimie potatōnis vini rubei. Primū est ꝙ nimia bibitio vini rubei cōstipat ventrē. i. duros facit secessus seu difficulter hr̄e egestōꝫ. Cuius cā ſm aliquos ē q2 tale vinū rebeū plus ceteris paribꝰ ē calefactiuū: & magis nutritiuū. In q̄tū eñ plꝰ est calidū magis exsiccat & inq̄tuꝫ magis nutritiuū aui dius a natura retinetur. Potest tñ textus intelligi de nimia potatōe vini rubei stiptici aut pontici: ex qua stipticatur & cōstipatur venter ꝑpter stipticitatē aut ponticitatem vini. ¶ Circa istud tñ sciendū ē ꝙ si exhibeatur vinū ad stomachi & viscerū ꝯtentiue fortificatōneꝫ eligemꝰ vina grossa pontica vel stiptica rubea vel nigra: sicut ꝯtingit in habentibus fluxum ventris ꝑpter debilitatem contentiue stomachi. & istud vult ypocras tertia particula regimis acutoꝝ. canōe illo

Palmeus quidez et niger et similiter galienus in commento illius. Sed si intendamus cōfortationem indigestiue competūt vina subti lia vel mediocria in substantia et colore boni odoris et cōuenientis saporis et sufficientis vigoris et aliqualis stipticitatis. Secunduz ē exasperatio gutturis siue raucedo quā inducūt aliqua vina intēse ru bedinis propter eorum siccitatem et terrestreitatez. Et istud nocumē tum etiā cōtingit ex vinis rubeis patrie brabācie propter eorū stipti citatem et terrestreitatem. Et maxime quādo musta sunt vina predi cta istud nocumentum secūdum cōtingit. Non tamen primū: quia mustum magne rubedinis solet inducere ventris fluxum propter fe ces suas terrestres cum eo mixtas que sui mordicatione mordicant intestina. ex qua mordicatione fluxus vētris causatur. et tale vinum nō debet bibi mustum id est q diu fuerit turbidum: et bulliens. qz ex quo ipsum est mordicās propter suas feces terrestres: ab eo etiaz ele uatur fumus mordicans qui ad cerebrum veniens sui mordacitate mordicat oculos atq rubificat. Et istud etiam intelligendum est de istis mustis patrie brabancie siue rubeis siue albis propter eorū ter restreitatem. Causa autez quare iste fumus est mordicatiuus est qz vinum a quo dissoluitur est mordicatiuum. Jam vt dicit Galienus pri ma particula amphorismorum in cōmēto illius amphorismi et qui crescunt quicquid a qualibet re dissoluitur et vn dissoluitur necesse est vt assimiletur.

Allea/nux/ruta/pira/raphanus/et tyriaca
Hec sunt antidotum contra mortale venenum.

In hoc textu ponuntur sex medicine valentes contra venenum. Prima est alleum qd maxime valet contra nocumēta prouentire so lentia ex mala aqua. et maxime valet cōtra potum male aque. de q dicit serapion in aggregatorio capitulo de eo. q quādo sumitur alle= um et post bibitur aqua corrupta nō nocet aqua illa potanti. Et idē innuit auicēna secundo canonis capitulo de eo. et tertia primi capi. de cōseruatione iter agentes a nocumento diuersarum aquarum. Et istud idem etiam operatur cepe. vt vult auicenna secūdo cano= nis. cap. de eo. et sic potest comprehēdi sub alleo. Et de eo etiam di cit auicenna tertia primi. loco preallegato. q cepe est v t tyriaca ma larum aquarum et maxime cum aceto: quia cepe est subtiliatiuū/in cisiuū/abstersiuū cū stipticitate: et aperit fortiter. vt vult Auicēna se cundo canonis. cap. de eo. Et est calidū in tertio. quare calefacit ma las aquas prohibens ne sua frigiditate stomacho noceant: et subti= liat grossas: faciens eas cito penetrare. Et acetum hinc permixtum vigorat virtutem eius in subtiliatione et penetratiōe aqruz et phibet a siti quaz inducere solet cepe comestū. Et eadez rō verificatur de alleo.

Et ergo etiā dicit auicenna tertia primi loco preallegato: q̄ allea co medenda sunt super aquas grossas et turbidas: quia subtiliant eas cito descendere faciūt et prohibent ne stomacho noceant: et intestinis et ne venas opilent. Alleū preterea comestū ante iter: et post hoc ex melioribus rebus est et conuenientioribus illis qui veniunt ab aere frigido/ vel qui vadunt ad eū. vt innuit auicēna. tertia primi ca. de regendo iter agentem in frigore et congelatū. Et ex isto sequitur q̄ alleū multum valet iter agentibus: et per diuersas terras euntibꝰ: et diuersis potibus vtentibus. Juxta illud metricū. Allea qui mane ieiuno sumpserit ore. Hunc ignoratū non ledit potus aquaruz. Hec diuersorum mutatio facta locorum. Ualet preterea alleū ad puncturam vermiū venenosoꝝ et morsum serpentū quādo bibitur cū vino qd̄ Auicenna secūdo canonis. cap̄. de eo se dicit fuisse exptuz. Et cōfert etiam morsui canis rabiosi: et quādo fit emplastrū ex alleo: et folijs ficus et cimino sup morsum mugali confert. vt ibidez dicit Auicenna. Cepe vero secundū auicēnā. secūdo canonis. cap̄. de eo. confert etiā morsui canis rabiosi cū linitur sup ipsum aqua eiꝰ aut emplastratur ex eo cū sale et ruta. Et cepe qd̄ comeditur expellit nocumentū ventositatis venenosorū. Et dixerunt quidā q̄ ip̄m generat in stomacho humorē humidū plurimū frangentē nocumentū venenosorum. Notandum est circa istud q̄ alleum et cepe: et similiter etiam porrū via cibi nō competunt temperatis corporibus nec calidis et specialiter cruda. parū enī nutriūt: et male nutriūt et generant sanguinem acutū et pūgitiuū. grossos humores tñ subtiliāt: et viscosos incidūt: et postq̄ decocta sunt perdunt pungitiuitatē et adhuc remanet virtus incisiua et subtiliatiua: vnde magis cocta cōpetunt q̄ cruda. Porri enī sunt calidi et sicci: et dant corpori alimentū illaudabile et oculis nocent: et generant sanguinē nigrum et melancolicum. et somnia terribilia ⁊ neruos ledūt. rōne pūgitiuitatis eorū nocent dētibus et gingiuis: et nullus colericus nec melancolicus eis vtatur: et specialiter crudis. Cepe calide sunt et hn̄t caliditatē supfluam terrestrem cū humiditate aquosa subtili indigesta. Si comedantur cruda generāt in stomacho humores malos et putrefactibiles ⁊ corruptibiles et inducunt somnia mala et terribilia et dolorez capitis. Et nimius vsus earū disponit hoīem ad memoriā deperdēdam: et perturbat intellectū: ⁊ pducit ad demētiam. Sed si comedant cocte cū aqua laudabiliū carniū laudabiliter iuuāt digestionez: et minuūtur earum nocumēta et temperāt cibaria frigida cum quibus decoquūtur: sed melius est eis nō vti. Allea calida sunt et declināt ad aliqualem humiditatem: sed minus q̄ cepe: valent cōtra vētositatem ⁊ valent in tussi: et bene screare faciunt: sed nocent visui et dolorē capitis

inducunt: et sunt tyriaca rusticorum. Et sic predicta solum conueniunt his qui fleumaticum aut grossum viscosum humorem habuerint. Colerici vero a predictis abstineant. ¶ Secunda est nux: de qua dicit Auicenna secundo canonis. cap. de ea. quod ipsa cum ficubus et ruta est medicina omnibus venenis: et ex ea cum cepe et sale fit emplastrum super morsum canis rabiosi. Et istud maxime intelligitur de nuce sicca ante cibum sumpta modo predicto. Et circa istud vlterius sciendum est quod nuces sicce peiores sunt recentibus et humidis. quia sicce magis vnctuose sunt ratione cuius in coleram conuertuntur: et inducunt capitis dolorem: et oculos turbant: et vertiginem generant: et specialiter sumpte post cibum. et lingue paralysim inducunt: et vomitum prouocant et vesicas in ore faciunt. Et habentes stomachum colericum maxime debent euitare nuces siccas: et quanto antiquiores tanto peiores sunt. Recentes autem minus male sunt: quia non sunt tante vnctuositatis. et ideo non generant dolorem capitis aut vertiginem et similia sicut sicce: et ratione humiditatis lubrificantis laxant ventrem. et si antequam tulum torreantur et comedantur post cibum comprimunt cibum sumptum. Et sic patet quod nuces recentes sunt magis conuenientes corporibus sanis quam sicce. ¶ Tertia est ruta: de qua dicit Auicenna secundo canonis cap. de ea: quod resistit venenis. Et postea subiungit. Et bibat qui sibi timet ne in potu sumat venenum et pungi a venenosis de semine eius pondus. ʒ. i. cum folijs suis cum vino. et proprie si bibitur cum nuce et bolo omnibus contritis et commixtis. Et dicit Aristoteles in de animalibus quod cum mustella vult pugnare cum serpente siue cum buffone ipsa comedit rutam vt interficiat eum: quia odor rute est inimicus veneno. vnde comestio rute cum ficubus et amigdalis dulcibus in mane preseruat a veneno. ¶ Notandum circa istud quod duplex est ruta. quedam domestica et alia siluestris. Domestica melior siluestri est: quia siluestris et maxime sicca calida et sicca est in quarto gradu: quare plurimum sumere de ea est periculosum. Domestica vero humida calida et sicca est in secundo gradu sicca vero in tertio. Et est incisiua resolutiua carminatiua ventositatum et istud maxime conuenit sicce. Nam dicit serapion. cap. de ea. quod est de rebus magis conferentibus inflationibus. i. ventositatibus: sed in humida est inflatio. Item ruta vehementer acuit visum. et proprie succus eius cum succo feniculi et melle collirio facto ex ea aut comesta vt dicit Auicenna secundo canonis. cap. de ea. Quia tamen in succo rute quedam est bauracitas nocens oculo. ideo ruta potest applicari oculo ventilando ita quod solum vapor siue fumalis euaporatio eius et non substantia rute ad substantiam oculi pertingat. ¶ Quarta est pira. de quibus dicit Auicenna secundo canonis. cap. de eis. quod sunt cura fungorum mortificantium. et quando coquuntur isti fungi cum piris minoratur nocumentum ipsorum. Vel potest iste textus verificari de piris aromaticis: que sui aromaticitate spiritus

ↄfortarent.ꝛ sic nocumentū veneni repellerent.¶ Quinta est raphanus: de quo dicit auicenna scdo canonis.cap.de eo.ꝙ cōfert morsui vipere.ꝛ cum vino morsui cornute etiā.ꝛ semen eius ↄfert venenis ꝛ vermibus venenosis. Et si ponatur frustū eius sup scorpionē morit ꝛ aqua eius est expta in hoc ꝛ est fortior. Et si momorderit aliquē scorpio q̄ raphanū comederit nō nocebit ei. Et ↄfert etiā ꝓfocatōnē que fit a fungis mortiferis. Uel pōt dici ꝙ raphanus valet ↄtra venenū: q: ꝓuocatiuus est vomitus: ꝛ sic ꝑ vomitū stomachus purgat a malis humoribus si qui in eo sint.¶ Et circa istud sciendū est de raphano de radice que sunt ꝓpinqua in complexione ꝙ nocent corporibus colericis.generant em̄ sanguinem acutum ꝛ pungitiuū.ꝛ raphanus est malus stomacho faciens eructuare: ꝛ generat humorem grossum. Et si digestiua sit debilis/generat humorem crudū. habet tamen virtutem subtiliatiuā ꝛ incisiuā. Quidam autem comedunt radicem ꝛ raphanū post alios cibos: ad ↄfortandū digestōnem. de quo admiratur Galienus. Uñ verū est qđ experientia docet. Et dicūt sapientes medici/ꝙ si comedant post alium cibum: iuuant ad digestionem ꝛ descensum eius ꝛ ventrem laxant: sed si comedantur ante alium cibum: impellunt cibū ad supiora: ꝛ vomitū inducunt. Bonū est autem ꝙ comedātur cum aceto ꝛ sale post alios cibos: ꝛ ī pauca quantitate. Uerū est tamen ꝙ oculis nocent ꝛ capiti. Rasis ꝟo tertio almansoris dicit ꝙ raphanus longam faciendo moram in stomacho incidit fleuma: cuius folia cibū digerunt: ꝛ appetitiuā adiuuant qñ parū sumitur de eis.¶ Sexta est tyriaca que a toto genere valet cōtra venenū.ꝛ ideo valet tam rationabilibus q̄ȝ brutis: ↄtra venenū tam frigidum q̄ȝ calidū. Et sub tyriaca potest comprehendi metridatum: quod simile operatur. De tyriaca em̄ dicit auicēna sexta q̄rti tractatu tertio.cap̄.primo. Scias ꝙ canon maximus in curatōe veneni est ↄfortatio caloris innati ꝛ excitatio ipsius ad expellēdū sicut facit tyriaca. De tyriaca vero ꝛ metridato simul dicit auicēna: sexta quarti.tractatu primo.cap̄.de medicinis cōmunibꝰ ad venena. Sūt medicine que ↄtrarie sunt veneno quare nō ꝑmittūt ipsum ꝑuenire ad cor.ꝛ sunt sicut tyriaca ꝛ metridatū.

Aer sit mundus habitabilis ac luminosus. Nec sit infectus nec olens fetore cloace.

¶ In hoc textu notantur quatuor circa electōnē aeris habitabilis. Quorū primū est ꝙ homo debet eligere aerem mundū.i. nō infectū vaporibus: q: aer īmūdus alterat cor ꝑm complexionē illius quod sibi cōmiscetur. sicut innuit Haly.tertia tegni.in ↄmēto illiꝰ canōis. Omnia hec em̄ ꝛc.¶ Secundū est ꝙ homo debet eligere aerem lu-

minosum. Aer em̄ turbidus inducit in corpore tristicias & pigriciem quia aer turbatus cōmiscet humores: & turbidus ad cor puenit: q̄re ex ipso & humoribus grossi & turbidi generantur spiritus animā tristificantes & pigriciem inducentes. Nihil est ergo quod magis iocūdum facit hominem atq̄ minus grauem q̄ in claro aere ambulare vel mane surgere. ¶ Tertiū est q̄ homo debet vitare aerem infectū cuiusmodi est aer in quo fiunt strages. Cōiter em̄ in locis in quibus p̄cessit maxima hominū interfectio sequitur pestis & in locis vicinis Aer em̄ infectus quando inspiratur inficit spiritus in nostro corpore ¶ Quartum est q̄ homo debet vitare fetorem cloace. et per hoc innuūtur infectões particulares aeris: cuiusmodi est infectio aeris latrinarum vel fouearum coquine vel locoꝝ in quibus ꝓiciuntur cadauera mortua & ossa mortuoꝝ & aeris vicini aque in qua putrescit linum vel canapis. Aer em̄ taliter infectus inficit spūs nostri corpis & maxime cerebro nocet. Et hinc est q̄ dicit Auicenna. secūda primi doctrina secūda. cap̄. secundo. Et aer quidē dum est tpatus & clarus neq̄ substantia extranea ꝯplexiōi spūs ꝯtraria ei admiscetur: est sanitatem efficiens & ipsam ꝯseruans. & cū mutatur ꝯtrarium sue operationis operatur. Et ꝑ maiori declaratiōe predictoꝝ sciendum est q̄ aer necessarius est in regimine sanitatis dupliciter. Primo q̄dem ꝓpter refrigeratōem cordis. Secūdo ꝑꝑ expulsionē fumosaꝝ supfluitatū tribulantiū spm̄ & calorem innatū. sicut em̄ exterioribꝰ nos videmus q̄ ignis sine euentatōne aeris suffocatur & extinguitur: sic etiā imaginari debemus q̄ spūs & calor innatus indigent aere ipsuꝫ nutriente ꝯseruante & obtēperante. Obtemparatio igit̄ caloris innati: fit ꝑ aeris attractōnē. & eiꝰ depuratio fit ꝑ aeris expulsionē. Primū q̄dem fit ꝑ motum attractōis. & secūdū ꝑ motū expulsionis. Si igit̄ aer attractus sit fetidus & impurus corrūpitur calor & spūs innatus Aer igitur debet esse bone substantie cui nō admiscet̄ aliquid ex vaporibus nec fumositate extranea. Non eniꝫ debet esse aer turbidus nec nebulosus: nec malis vaporibus admixtus. hic em̄ aer humores ꝯturbat & animā ꝯtristat vt dictum est. Et debet esse discoopꝰ celo & nō inter parietes & tecta ꝯstrictus: & vt sit ad vnum dicere maxime euitandus est aer inclusus & nō euentatꝰ. Veꝝ est tn̄ q̄ tpe epidimie in quo accidit aeris putrefactio cōis eligendus est aer inclusus. Vn̄ temporibus illis bonum est manere in domibus & tenere fenestras clausas ne aer putrefactus ingrediat̄: sed al's aer discooptus melior existit. Euitandus est preterea in regimine sanitatis aer cui miscent̄ vapores lacuuꝫ & ꝓfunditatū aquam putridam ꝯtinentiū & olerum taliū: qualia sunt caules & eruca & similia. & arboꝝ viscosarum malaꝝ quales sunt ficus & nuces. Amplius eligendus ē aer in quo suf

flant venti ex terra alta vel equali. Et multū etiam sollicitari debemus aer nō excedat in aliqua qualitatū primaꝝ. scȝ caliditate/frigiditate/humiditate/ siccitate. quod si forsan ptigerit obtēperetur per artem quantuȝ possibile est. Et ista colligūtur ab auicēna scđa primi. doctrina secunda. cap̄. diuersis.

Si tibi serotina noceat potatio vina.
Hora matutina rebibas: et erit medicina.

 In hoc textu ponitur vnū documentū. et est si quis male valuerit ex sumptōe vini de nocte siue tpe serotino: talis in crastino dȝ iterato sumere vinū. Unde potatio vini nocturna potest inducere ebrietateȝ siue sitim matutinā. vel potest inducere supcalefactionem corporis. Si vero inducat supcalefactōnem corporis: tunc maximus error est de mane iteꝝ sumere vinū. quia est addere ignem igni. Si vo homo incurrat ebrietatem cum aliquali nausea: tunc de mane bonū est sumere vinū: quia ex sumptōe vini de facili tūc puocař vomitus ex sequitur mundificatio stomachi: qua mundificatione facta de facili cessat nocumentū ebrietatis nausea. Et ppterea consulit ypocras semel in mense inebriari: vt ex ebrietate prouocetur vomitus qui est maxime preseruatiuus ab egritudinib cronicis. id est longis malis. Si etiam ex potatōne vini nocturna ledatur aliqs: hoc ppter incōsuetudinē potandi vinū tunc de mane potest concedi vinum vt assuescat. sic minus leditur a sumptiōe vini. A consueto eñ minor fit lesio. vt vult ypocras secunda amphorismoꝝ ibi. Ex multo tempore consueta c. Si vero ex potatōne vini nocturna sequatur sitis matutina: illa est mendosa que curatur potatiōe vini: magis tamen sedatur potatōe aque. Et quia iam dictū est de lesione ex sumptiōe vini. Sciendū est homo debilis cerebri etiā cuiuscunq alterius conditiōis summopere cauere debet a frequenti ebrietate. Frequēs eñ ebrietas scđm Auicennā tertia primi. capitulo đ regimine aque vini/ inducit sex incōmoda in corpore humano. Quorū primuȝ est corruptio complexionis epatis: quia vinuȝ supflue bibitum ad epar veniens vel supflue resoluit calorem ipsius. vnde amittit virtutem sanguificā: loco sanguinis generat aquositates efficiētes ydropisim vel incendit epar humores eius vnde generatur lepra vel mania. Secundū est corruptio complexionis cerebri propter assiduam eleuationem fumoꝝ vini ad ipsum disponentiū calidum cerebꝝ manie frenesi frigidum epilentie/ litargie/ appoplexie/ subeth. Tertiū est debilitas neruoꝝ. Uidem eñ bibulos inebriari solitos tremere caput membra non solum in senio sed etiam in senectute iuuentute quandoq. Quartum est egritudines neruorū: sicut spasmus et

paralysis/quia vinū superflue acceptum sepe in stomacho acetum efficitur quod valde nocet neruis. Sepe quoqꝫ conuertit ex defectu digestōnis in aquositates indigestas que neruos remolliūt. Et sepe ducit humores grossos ad neruos quibus distenduntur vel contrahuntur. ¶ Quintū est appoplexia/ ꝓpter humiditates cerebri multiplicatas a vino/ita vt totaliter opilent vias spirituū animalium a cerebro in membra. ¶ Sextū est mors subitanea/dum scilꝫ stertēdo ꝛ dormiendo vie anhelitus multitudine vini: vel humiditatuꝫ ex eo generataꝝ clauduntur ꝛ ebrius suffocatur. Et licet vinū īmoderate sumptum predicta inducat nocumenta: moderate tamen sumptum multa inducit iuuamenta. Tangit enim Auicenna cap̄. preallegato quinqꝫ eius iuuamenta. Primuꝫ est ꝙ est bonus cibi penetrator in toto corpore. id est facilem efficit penetratōem cibi cui īmiscetur ad omnia membra: suis calore subtilitate ꝛ cōuenientia in proprietate occulta. Secūdū est ꝙ incidit fleuma: ꝛ hoc suis calore ꝛ subtilitate substantie ꝛ resoluit ipsum: ipsum coaptando expulsioni: vias aperiendo ꝛ naturam cōfortando ad expulsionem. Tertiū est ꝙ educit coleram rubeam in vrina ꝛ alijs euacuatōnibus: vt sudore egestiōe ꝛ resolutōne insensibili. Et istud intelligendū est de vino subtili sub rubeo vel albo quod vel debile sit ex natura sui vel fortiter limphatum. alioquin multiplicaret coleram per cōuersionem ipsius in eaꝫ: ꝛ supercalefactōnem epatis ab eo. Quartuꝫ est ꝙ facit melancoliā que grossa est ꝛ tardi mot⁹ faciliter labi ꝑ canales ꝓprios ab epate ad splenem. ꝛ a splene ad os stomachi. ꝛ tandem a corpore cum fecibus exire. ꝛ flectit seu reprimit nocumentū melancolie ꝓpter contrarietatem in ꝯplexione ꝛ modo substantie ꝛ in effectibus. Nam melancolia tristiciam pusillanimitateꝫ ꝛ auaritiam parit. Vinum vero gaudiuꝫ: audaciam: magnanimitatē ꝛ liberalitatem. Quintum est ꝙ resoluit omnes modos seu species lassitudinis: nisi multa caliditas extranea fuerit eis sociata: quia vinum resolutos spiritus abunde reparat/virtutem confortat/humiditates relictas in musculis neruis cordis ꝛ iuncturis tollit aut minuit. Et si fuerit opus humectatione in lassitudine arefactiua vinum velociter humectat: dummodo limphetur. Preter autē ista iuuamenta plurima alia inducit. Omniuꝫ enim velociter ꝛ subito nutrimentuꝫ est vinum/calorem et spiritum naturalem confortat/ꝛ totum corpus calefacit/ingenium clarificat iram compescit/tristiciam remouet/libidinem incitat. Et suꝑ omēs potus semicrudos humores digerit. Et vt sit ad vnum dicere vinuꝫ reddit hominem virilem: ꝛ scd̄m animam et scd̄m corpus. vnde ceteris paribus non bibentes vinum sunt effeminati: respectu vinuꝫ bibentium.

Gignit & humores melius vinum meliores
Si fuerit nigrum corpus reddit tibi pigrum.
Vinum sit clarumque vetus subtile maturum.
Ac bene limphatū saliēs moderamine sumptū.

¶ Hic pmo ponitur vnū documentū de vino. Et est q vinū melius meliores generat hūores. Et cā est: q2 quāto massa mor est melior/ tanto hūores ex ea geniti meliores esse debēt. Deinde subditur q vinum nigr inducit pigriciā in corpe. Et cā est q2 vinū nigr grossius & terrestrius est reliquis. ergo spūs ab eo geniti grossi sunt. Iuxta illā auctoritatē Galieni pus allegatā. Quicqd de aliqua re dissoluitur ei vnde dissoluitur necesse est vt assimiletur. Spūs autē grossi faciunt corpus graue siue pigr. Deinde ponunt septem documēta circa electionē vini. Primū est q debet eligi vinū clarū. tale em q2 subtile est spūs subtiles & claros generat. ¶ Secundū est q dz esse vetus. i. nō nouū. Nouū em vinū siue mustū ceteris paribus facilius inebriat: fluxum ventris puocat: atq colicā inducit. & cetera accidētia posterius dicenda ibi. Impedit vrinā. Nec est intelligendū q vinuz debet esse nimis vetus. tale em fm Auicē. tertia pmi. cap. d regimie aque & vini. est quasi medicina & nō sicut potus. i. magis inest ei vtus alteratiua corpis ad caliditatem & siccitatē q virtus alterabilitatis a corpore per opus nutritōnis. & est pauci nutrimenti: quia est spoliatuz a fece & viriditate quaz phabuit: & pene igneū factū. ppter quod in aggregatore scribitur. cap. de vite autoritate gallieni/ q est calidum & siccū in tertio gradu. ¶ Tertiū est q vinuz debet esse subtile. Subtile em vinuz multos spiritus pcreat atq subtiles/ grossum autem grossos. ¶ Quartū est q vinū debet esse maturum & non stipticum. Vinum em stipticum abscindit omes species euacuatōnis. vt vult gallienus in cōmento illius canonis tertie particule regiminis acutor. Sciendum etiam &c. & ergo nocet corporibus indigentibus euacuatione p vrinam & omnibus membris suprioribus. vt ibidem etiam dicit Galienus. Verr est tamen q vinum stipticum pueniens est infirmitatibus accidentibus in intestinis. vt ibidem dicit gallienus & etiaz superius dictum est. Remouetur tm stipticitas a vino p multā cōmixtiōz aque. vt ibidem etiam vult gallienus. ¶ Quintum est q vinuz debet esse limphatum: quia per hoc remittitur vinū a sua fumositate: & sic minus inebriat. Et istud verr est de vino subtili. Vinum tm grossum si limphetur citius inebriat: quia per hoc subtiliatur & magis fumosum efficitur. Et de isto vino intellexit auicenna qn dicit tertia pmi cap. de regimine aque & vini/ q vinum limphatuz citius inebriat q vinum purum. ¶ Sextum est q vinum debet esse saliens cum pgi-

¶ In hoc textu ponunt qualitates cuiuslibet saporis. Et primo dicitur q isti tres sapores scz salsus/amarus/et acutus:calefaciũt corp⁹ sumẽtis ipsos. Scdo dicit q isti tres sapores scz acetosus/stipticus/ et ponticus infrigidãt. Tertio dicitur q isti tres sapores scz vnctuosus/insipidus/et dulcis: sunt temperati.nec inducũt in corpore caliditatem aut frigiditatez. Et pro intellectu ampliori sciendũ est q secundum Auicen. scdo canonis. tractatu primo capi. tertio. Octo sũt veri sapores q̃ sequũtur insipidũ. Et sunt dulcedo/amaritudo/acuitas/salsedo/acetositas/põticitas/stipticitas/ et vnctuositas. Enumerando tñ insipiditatem pro sapore: sicut textus facit hic. tũc sunt nouem sapores. Et tunc capitur sapor pro omni eo qd gustu iudicatur Et inter istos sapores tres sunt calidi. vt dicit hic textus. scz salsus/ amarus:et acutus Et scdm auicen. loco preallegato acutũ est calidius. deinde amarũ. et deinde salsuz: quoniã acutũ ẽ fortius ad resoluendum incidendũ et abstergendũ q̃ amarũ: et deinde salsum est sicut amarũ confractũ cũ humiditate frigida Et tres de istis saporib⁹ sunt frigidi. scz acetosus: stipans id est stipticus et ponticus. Põtic⁹ tamẽ ceteris frigidior: deinde stipticus: et postea acetosus. Et propter istud in oibus fructibus q̃ dulcescunt prius est ponticitas vehementis infrigidationis. deinde postq̃ per calorem solis digestiuũ aliquo modo digesti sunt fructus apparet in eis stipticitas. et deinde declinant ad acetositatem sicut agresta et postea dulcescũt. Et licet acetosum sit minus frigidum q̃ stipticum: tamen propter sui subtilitatem et penetrationem in pluribus est maioris infrigidationis. Et secundum Auicen. loco preallegato ponticum et stipticum sunt in sapore propinqua: sed stipticum non contrahit linguam: nisi quo ad superficiem apparentẽ: sed ponticum contrahit et exasperat quod apparet in lingua scilicet superficiẽ et occultũ scilicet interiora ei⁹. Et tres de istis saporibus sunt temperati id est non excedentis caliditatis vel frigiditatis. sicut dulcis vnctuosus et insipidus. Licet enim dulce sit calidum tamen in eo non apparet fortitudo caliditatis. sicut dicit Rasis tertio almasoris. Et est sciendum vlterius q vnicuiq3 sapori proprie debentur operationes vt volunt aui. et Rasis locis

p̄allegatis. Operationes eñ dulcis scd̄m Auicē. sunt digestio et lenificatio et multiplicatio nutrimenti et natura diligit ip̄z et virtus attractiua attrahit ip̄m. Et scd̄z rasim dulce est generatiuū multe colere rubee et opilationū in epate et splene ⁊ flegmonis precipue si p̄dicta mēbra ad hoc fuerint apparata. Et ventris fluxus ex ipso seq̄tur et mollificat stomachū et confert pectori et pulmoni. corpus impinguat. et augmentū spermatis tribuit. Op̄ationes vero amari secundū auicen. sunt abstersio et exasperatio. Et scd̄m Rasim Amarum calefacit et desiccat fortiter. cito sanguinez ad adustionē et maliciam perducit colerā quoq3 rubeā in sanguine augmētat. Op̄atio v̄o pōtici s̄z auic. ē ɔ̄ctio si pōticitas sit debilis aut expressio si sit fortis. Et scd̄z rasim pōticū corpus infrigidat et desiccat. carnis et sanguinis minoratiōem facit si multotiens aliq̄s eo vtatur. stomachum q̄z ɔfortat et frequēter ventrez cōstringit et sanguinē generat melancolicū. Op̄atōes v̄o stiptici scd̄z auic. sunt ɔ̄ctio inspissatio induratō ⁊ retentio. Et scd̄m rasim op̄ationes eius sunt sicut pontici licet debiliores: q̄r ipse videtur cōprehendere stipticū sub pontico q̄r de stiptico nichil dicit expresse. Op̄ationes vero vnctuositatis scd̄m auicē. sunt lenificatio lubrificatio et coctio. i. digestio p̄ua. Et scd̄z rasim vnctuosuz stomachū mollificat et vētris facit fluxū et sacietatez anteq̄z homo cibi q̄ntitatez sibi necessariā assumat adducit et calefacit maxime tamē febricitantes et h̄ntes epar et stomachū calidū. Corpus etiā humectat et lenit fleuma v̄o auget et cogitationē h̄ntem reddit et auget somnū. Op̄ationes v̄o acuti sunt resolutio incisio et putrefactio scd̄z auicē. et s̄m rasim. Acutū calorē auget et corpus cito inflammat et sanguinē adurit et ip̄m prius in colerā rubeā mutat ⁊ postea in nigrā. Op̄ationes salsi scd̄m auic. sunt abstersio ablutio exsiccatio et prohibitio putrefactionis. Et scd̄m rasim decē sunt in textu immediate p̄cedenti. Op̄ationes v̄o acetosi sunt scd̄m auic. infrigidatio et incisio. Et scd̄m rasim acetosum colerā rubeam ⁊ sanguinē reprimit et ventrem stringit si stomachus et intestina mūda fuerint Si aūt fleumatis in eis fuerit multitudo ventris facit fluxuz et corpus infrigidat. virtutez quoq3 digestiuā debilitat et p̄prie in epate. Neruis vero et neruosis membris nocumētū affert et corpus desiccat. virtutē aūt appetitiuā excitat. De op̄atiōib9 v̄o insipidi dicit rasis q̄ aliquod est insipidū quod magis nutrit sc3 quod equalitati magis vicinum est. Aliud est quod temperate calefacit et aliud q̄d temperate infrigidat et si cum ipso fuerit multa humiditas humectabit si vero siccum fuerit desiccabit.

Bis duo vipa facit: mundat dentes. dat acutum
Visuz. quod minus ē implet: minuit q̄d abūdat.

¶ Hic ponũtur quatuor iuuamenta vipe. Primũ est q̃ vipa mũdat dentes. Cuius causa est q2 ꝓpter panem diutius inherentẽ dentib9 q̃ȝ vinũ solũ sine pane limositas illa dentibus adherens a qua dentes luridi dicunt̃: a vino melius ꝯsumitur z abstergitur. Secũdũ est q̃ acuit visum: q2 ꝓhibet malos fumos ad cerebrum ascendere qui offuscarent spũs visiuos p eoꝝ imixtionez. Et istud facit ex eo q2 digerit materias malas in stomacho existentes. Tertiũ est q̃ min9 digestum facit digeri: q2 facit clausionẽ orificij stomachi z ꝯfortat digestionẽ. Quartum ẽ q̃ supflue digestum ad mediũ reducit. Et totum istud maxime veritatem habet de vipa panis cuz vino dũmodo panis primo assus sit aut supra prunas exsiccatus.

Omnibus assuetam iubeo seruare dietam.
Approbo sic esse ni sit mutare necesse.
Est ypocras testis quoniã sequitur mala pestis.
Fortior est metha medicine certa dieta:
Quam si nõ curas fatue regis z male curas:

¶ Hic ponũtur aliqua documenta. quoꝝ primũ est q̃ omnib9 bonũ est seruare dietã ꝯsuetam. Et p dietam itelligitur administratio cibi z potus. Et rõ huius documenti est: q2 trãsgressio a ꝯsuetudine nocet nocumento magno. ꝯsuetudo eñ est altera natura. sicut igit̃ naturam custodire oȝ sic z ꝯsuetudinẽ: z spãliter si ꝯsuetudo fuerit laudabilis. Et sicut oȝ seruare ꝯsuetam administratõnẽ cibi z pot9: ita etiam oȝ seruare ꝯsuetudinẽ in alijs rebus nõ naturalibus pp eãdẽ rõnem. Unde si aliqs fuerit ꝯsuetus multũ laborare z velit hanc cõsuetudinez omittere z in ocio viuere. vel multo minus laborare vel aliã speciem laboris assumere z aliud tempus vel aliũ modũ ꝓculdubio multum ex hoc debilitabitur. Et similiter intelligitur in cibis z potibus somno z vigilijs z euacuatõnibus z aĩe accidentib9. In oibus eñ multũ obseruanda est ꝯsuetudo si sit laudabilis vel parũ laudabilis vel indifferens in bonitate z malicia respectu hui9 ad q̃d debet fieri pmutatio. Et circa istud sciendũ est q̃ assueti exercitare vel laborare quibusdam laboribus consuetis dato q̃ tales sint debiles vel senes minus ledunt̃ z fortius laborant q̃ȝ si essent iuuenes incõsueti. Et istud vult ypocras secũda ãphorismoꝝ dicẽs. Assueti assuetos ferre labores: et si fuerint imbecilles aut senes inconsuetis fortibus z iuuenib9 facilius ferunt. Et ratõ est q2 isti habent maiorẽ inclinatõẽz z ꝯsuetudinẽ ad istos labores: iam ꝯsuetudo ꝑus habita leuior est vt dicitur in cõmento predicti amphorismi. Et ista ẽ causa quare videmus homines debiles vel senes q̃ ex ꝯsuetudine aliquod

exercēt opus mechanicū facere aliqua q̄ facere non possent eis forti
ores aut iuniores et minus ab eis leduntur sicut videm⁹ multorē de=
bilē facilius saccū eleuare q̄ꝫ eo fortiorē et fabrū antiquuꝫ minus le
di malleatione q̄ꝫ iuuenē fortem nō consuetum. Scd̄m documētum
ē q̄ mala pestis.i.magnuꝫ nocumētuꝫ sequit̄ ex permutatione diete
consuete vt vult ypocras nisi fuerit necesse eam ꝑmutare. Est auteꝫ
necessariū eā permutare primo quando est illaudabilis sic q̄ ex ea ꝑ
ueniretur ad pessimas egritudines sicut cōsuetudo comedendi ma=
los cibos in fine ex necessitate perducentes ad malas egritudines.
Talem enī consuetudinē et similes necesse est corrigere et ꝑmutare
vel totaliter vel saltem infra terminos latitudinis earū sed hoc debꝫ
fieri paulatim et scd̄m quendaꝫ ordinem. Nam oīs subita mutatio
vehemēter nocet et specialiter a consueto ad inconsuetuꝫ. Scd̄o ne=
cesse est eam ꝑmutare vt aliquis min⁹ ledatur ex incōsueta si postea
ad eam se transtulerit. Si enī quis ad oēm dietā se assuescat minus
ab omni ledetur cū se ad eam transtulerit. Et istud etiā intelligendū
est in alijs rebus nō naturalibus. Et istud est qd̄ dicit ypocras scd̄a
amphorismoꝝ. Ex multo tempore consueta ꝛ si fuerint deteriora in
suetis minus molestare ꝯsueuerunt oportet igit̄ ad nō cōsueta trans
mittere. Et circa istud ē sciendūꝫ q̄ quisq̄ꝫ debet sibi cauere ne vni⁹
rei quantūcunq̄ꝫ bona sit sibi ꝯsuetudinē faciat quā ip̄m seruare sit
necessariuꝫ. verbigratia. si quis vno cibo consueto semꝑ vtatur vel
aliquo potu vel totaliter ab eis abstineat vel dormire vel coire tota
liter assuescat et ad hoc grauit̄ astringatur. maximuꝫ enī incurret no
cumentuꝫ si interdum ab eisdem oporteat abstinere. sic igitur quod
libet corpus se disponere debet: vt caloreꝫ et frigus pati possit: et ad
motiones et quelibet nutrientia aptus reddatur: et vt somni et vigi
liarum horas mā̄siones et domos lectos et indumenta sine lesione
ꝑmutare possit quod quidē poterit fieri si consuetudo non obseruet̄
ad vnguē: sed interdum ad incōsueta transeamus. Oportet igitur ad
inconsueta aliquā̄do ꝑmutare. Et istud vult Rasis quarto almaso=
ris cap̄. de ꝯseruatione cōsuetudinū. Tertiū documētū ē q̄ fortior ꝛ
potior metha in medicā̄do egruꝫ ē administrare dietā certam: quā si
medicus nō curauerit: et aliā indebitā administrauerit fatue regit
egrū et male eū curat. Et circa istud est sciendū q̄ triplex est dieta. s.
grossa/q̄ est quasi dieta sanoruꝫ: et tenuissima/q̄ est nichil dare: vel q̄
si: et media/que absolute tenuis dicit̄. Et ista diuiditur in dietā tenu
em declinantē ad lat⁹ grosse: sicut aqua carnis. oua sorbilia: et pulli
pul: ꝛ declinātē ad tenuissimā: sicut aq̄ ordei mellicratū ꝛ vinū ḡnatoꝝ
ꝛ mediā q̄ certa noīat̄: vt ptisana nō colata ꝛ extremitates pulloꝝ.
Et ista dieta certa ī plurib⁹ ꝯueit egritudinib⁹. nō tn̄ in oib⁹. Nō eīn

cōuenit in egritudinib⁹ lōgis q̄r in talib⁹ oꝫ virtutē lōgo tp̄e esse an̄ q̄ꝫ ꝯueniat ad victoriā ꝛ virt⁹ cū dieta certa tāto tp̄e nō possꝫ ꝑdurare sine magna debilitate. opoꝛꝫ ḡ in tali egritudine cibū ingrossare. Silr̄ nō ꝯuenit in acutissimis egritudib⁹ scꝫ in illis q̄ terminant̄ i q̄rto die vel ante. quia in talibus ꝯuenit dieta tenuissima. vt vult ypocras prima amphoꝛismoꝝ ibi ad vltimas egritudines vltime curationes ad perfectionem sunt potentes.

Quale quid ꝛ quādo quātū: quotiens vbi dādo
Ista notare cibo debet medicus dietando

¶ In isto textu ponunt̄ sex a medico ꝯsideranda in administratōne diete. Primū est quale. i. cuius qualitatis dꝫ esse cibus: q̄r in egritudine calida debem⁹ eg̃ꝝ dietare frigido cibo. ꝛ in frigida calido. In humida sicco/in sicca hūido. Uerꝝ est tñ q̄ naturalis cōplexio dieta sibi simili ꝯseruari dꝫ. vt vult galienus tertia tegni. ibi. Calidioꝛa calidioꝛibus indigent adiutoꝛijs. Frigidioꝛa frigidioꝛib⁹ ꝛc. Secundū est quid/id est cuius substantie dꝫ esse cibus. q̄r athlete ꝛ rustici fortibus exercitijs suppositi debent dietari cibo grosso. q̄r in eis via digestiua est fortis. ꝛ sic nō debēt vti cibis subtilibus vt pullis caponib⁹ carnib⁹ vitulinis seu hedinis: q̄r iste carnes in eis adurerent̄: aut nimis cito digererent̄: quare necesse esset eis sepe comedere. Nobiles v̄o ꝛ in ocio viuētes debēt vti dieta subtilis substātie: q̄r in eis v̄tus digestiua est debilis nō potens in grossos cibos/cuiusmodi sunt carnes poꝛcine salse ꝛ bouine/ ꝛ pisces sole exsiccati. Similiter in egris egrotantes egritudinib⁹ acutis debent vti subtilioꝛi dieta q̄ꝫ egrotātes egritudinib⁹ cronicis. i. longis sicut quartanis. Tertium est qñ/id est quo tp̄e dieta debet dari: quia in sanis maxime debet attendi ꝯsuetudo. Unde in estate hōies mane surgentes ꝛ ꝯsueti bis solum in die comedere debent comedere hoꝛa decima vel modicuꝫ ante. ꝛ nō expectare medium diei ꝓpter nimiū diei caloꝛē. Similiter debēt cenare hoꝛa sexta vel modicum post. In hyeme vero debent prandere hoꝛa vndecima vel duodecima ꝓpter lōgitudinem somni. ꝛ de inde cenare hoꝛa septima vel modicuꝫ post. ꝛ maxime seruanda est consuetudo. In egris vero etiam considerandū est tempus/ quia in febꝛibus in paroxismo vel statim ante paroxismū: vel statim post nō est danda dieta: quia si statim ante paroxismū vel in paroxismo detur: natura diuertitur a digestōne materie febꝛis per hoc q̄ debet digestioni cibi esse intenta. Et nō debet dari statim post paroxismum q̄r v̄tus adhuc multū debilitata est ex paroxismo īmediate p̄cedēti. Debet igitur dari dieta ante paroxismū tanto tēpoꝛe q̄ possit digeri ante aduentū paroxismi/ vel debet dari aliquo tp̄e post paroxismū.

Et istud est veruȝ nisi timeatur magna debilitas virtutis. tunc enim dandus est cibus quocūq; tempore. Accidentibus eni virtutē dissoluentibus cibus illico dandus est. vt vult Gallienus in cōmento illi⁹ amphorismi prime particule cōtemplari auteȝ oportet. Quartuȝ est quantum id est q̄ttitas cibi sumendi: q2 vt dictū est prius q̄ttitas cibi estate comedendi pro qualibet vice debet esse pauca: quia calor naturalis tunc debilis est propter nimias resolutiones. In hyeme vero cibus vna vice sumēdus debȝ esse multus: quia virtus digestiua tūc fortis est cū calor naturalis sit vnitus propter frigus circūstans. vt dictuȝ est prius ibi. Temporibus veris. Quintū est quotiens. i. quotiens in die sit cibus dādus: quia in estate debȝ sepius dari q̄ in hyeme/autunno/vel vere. licet modicū pro qualibet vice. vt etiā prius dictum est. Similiter virtute digestiua existente debili sepe modicuȝ et de cibo est dandum. virtute vero existente forti potest multuȝ dari: et paucis vicibus. Sextū est vbi id ē in quo loco quia cibus non est sumendus in loco frigido multū: nec multū calido. sed magis in loco temperato.

Ius caulis soluit: cuius substantia stringit. Utraq; quando datur venter laxare paratur

¶ In hoc textu actor dicit tria. Primū est q̄ ius caulis. i. aqua ⁊ maxime prime ebullitionis caulīū: si bulliantur soluit ventrē. Cuius cā est quia folijs et partibus exterioribus caulium est virtus quedam nitrosa abstersiua debiliter inherens et facile separabilis p̄ modicā decoctionem siue ebullitionem que sparsa p̄ aquā ipam laxatiuam reddit. Et hinc etiā est q̄ prima aqua decoctionis caulium magis laxat q̄ secunda: quia ista virtus nitrosa abstersiua per primā decoctionem plurimū separatur. Scōm quod dicit est q̄ substantia caulīū et hoc post decoctionē eorum stringit ventrē. Et causa est q2 omnis virtus que laxaret per decoctionem ab ea ablata est et manet substantia terrea sicca que ventrem stringit. Tertiū quod dicit ē q̄ vtraq; simul sumpta scȝ aqua decoctionis caulium et substantia eorum laxant ventrē. Et ratio est quia virtus abstersiua et nitrosa in aqua manet gratia cuius totum laxat. Pro maiori noticia sciendū est p̄mo q̄ caules generant humorem melancolicū: et somnia mala. mali sunt stomacho/parū nutriunt/visum obtenebrant/somnū inducunt menstrua et vrinā p̄uocant. vt partim ab auicen. secundo canonis. et partim a Rasi tertio almasoris colligitur. Secundo sciendum est q̄ comestio caulis siue decoctionis siue seminis eius prohibet ⁊ retardat ebrietatē. vt videt̄ innuere aristoteles. tertia particula p̄bleumatū querēs propter quid caulis soluit crapulā. et idē voluit Rasis

ꝛ Auicenna locis preallegatis. Cuius causa potest esse ista ſm aliquos: qꝛ ꝑpter comestōnem caulis eleuantur fumi valde grossi: ingrossantes fumositates vini: que ingrossate impediuntur penetrare ad cerebꝝ ꝑpter eaꝝ grossitudinem. Philosophus ɜo ꝓbleumate ꝑdicto aliam dat causam istam ſcȝ: quia omne quod trahit humidū vinosuȝ ad se a ca corpe expellit / ꝛ corpus infrigidat / curat crapulā: sed caulis est huiusmodi / ergo curat crapulam. Qꝺ autem caulis sit huiusmodi ꝓbat: qꝛ per succum caulis qui est diureticus trahuntur humiditates vinose indigeste a toto corpore: ꝛ in vesicā deferūtur. ꝛ ꝑ substantiā eius frigidam stipticam ꝛ terream in stomacho relictā / non potentē penetrare infridat totum corpus. Et ꝑ ꝯsequens curat crapulam hoc mō: qm̄ suꝑfluitates subtilesque nō poterant deorsū tendere ꝑꝑ caliditatem vini mouentē eas ad suꝑiora: vt ad cerebꝛuȝ ferūtur represse deorsum ꝛ virtute succi trahūtur ad vesicaȝ. Est em̄ diureticus ꝛ menstruoꝝ ꝓuocatiuus / vt dictum est.

Dixerunt maluam veteres quia molliat aluū.
Malue radices rase dedere feces
Vulue mouerunt ꝛ fluxum sepe dederunt.

¶ Hic ponūtur tres ꝓprietates siue effectus malue. Quorū ꝑmus est ꝙ malua mollificat ventrem: qꝛ est vnū de remollitiuis. Sunt em̄ quattuor remollitiua. ſcȝ malua / bismalua / branca vrsina / ꝛ mercurialis / ex q̇bus cōiter fit clistere lenitiuū ꝛ mollificatiuuȝ: qꝺ valet ad fecū indurataꝝ eductōnem. Et est duplex malua / quedā em̄ est hn̄s sanguineos flores. Et alia est hn̄s albos flores. ꝛ in ista est maior ꝓprietas mollificandi ꝙ̄ in prima. Secūdus effectꝰ est ꝙ radices malue abrase educunt feces. ꝛ hoc est quando ex ipsis fiūt suppositoria sicut solent fieri ꝺ radice mercurialis. Tertius effectus est ꝙ malua facit fluxū menstrui in mulieribus. ꝛ hoc est ꝑꝑ nimiam eius humectationem ꝛ lubrificatōnem qua vene matricis facilius a sanguine acuto funduntur. Et dicit Platearius ꝙ certo exꝑimento menstrua prouocat.

Mentitur menta si sit depellere lenta.
Ventris lumbricos stomachi vermesqȝ nociuos

¶ Hic ponit autor vnū documentū de menta dicens ꝙ nō debet denominari hoc noīe menta si nō habeat vim statim auferēdi vermes ventris ꝛ stomachi. Menta em̄ magne ꝛ fortis est aromaticitatis ꝛ magne amaritudinis. ꝛ ideo queādmodū absinthiū vermes interficit: sic ꝛ menta. Et debȝ dari decoctio eius sicut ꝛ absinthii ꝛ nō substantia. Aduertendū tn̄ qꝛ multū calida est ꝛ sicca sanguinē adurēs

non competit vsa cibi in regimine sanitatis. Bene tamen conuenit vsa medicine: quia stomachum confortat et ipsum calefacit et sedat singultum et digerit et prohibet vomitum fleumaticum et sanguineum: et ad coitum incitat propter inflationem que est in ipsa et humiditatem ortulanam et prohibet sputum sanguinis. Et confert ad morsum canis rabiosi: et est propria ad illud. Et si frusta ipsius in lacte dimittuntur non caseatur: vt colligitur ex Auic. secundo canonis. cap. de menta

Cur moriatur homo cui saluia crescit in orto.
Contra vim mortis non est medicamen in ortis
Saluia confortat neruos/ manuumque tremorem
Tollit/ et eius ope febris acuta fugit.
Saluia: castoreum: lauendula: premula veris
Nastur. athanasia: sanant paralitica mēbra
Saluia saluatrix nature consiliatrix.

¶ In hoc textu autor principaliter tria facit. Primo innuit magnam vtilitatem saluie querens per modum dubij. Cur homo moriatur in cuius orto crescit saluia. Ad hoc respōdetur in secundo versu sic: quod nulla est medicina crescens in ortis que prohibeat mortem quamuis in ortis bene crescat medicina prohibens putrefactionem corporis et humiditatem naturalem defendens ne cito dissoluatur. Et istud innuit Auicenna tertia primi. capitulo singulari dicens. Et ars quidem sanitatem custodiendi nō est ars que a morte securos nos faciat neque corpus ab extrinsecis nocumentis muniat: neque vnumquodque corpus ad vltimam vite longitudinem perducat que est secundum hominem absolute: sed de duabus rebus securitatem prebet putrefactionis penitus prohibitione et defensione humiditatis ne cito dissoluatur. ¶ Secundo ponit tres effectus saluie. Quorum primus est quod saluia confortat neruos: quia exsiccat humiditates quibus impediuntur et relaxantur nerui. Secundus est quod remouet tremorem manuum. Cuius causa est quia confortat neruos vt dictum est. Iam omne confortans neruos tremorem remouet: cum tremor causetur ex debilitate neruorum. Et propterea senes aliqui et vetule specialiter imponunt potui siue cibo eorum folia saluie. Tertius est quod remouet febrem acutam. id est impedit eam ne contingat. Cuius causa potest esse quia exsiccando humores impedit eorum putrefactionem ad quam posset sequi febris acuta. ¶ Et pro maiori noticia sciendum est quod saluia est calida et sicca: et ideo nō multum competit per se vsa cibi. Quia tamen ipsa saluia multum confortat neruos/ homines in sanitate multum vtuntur saluia dupliciter. Primo quidem componendo ex ea vinum saluiatum quo vino

homines in latitudine sanitatis vtunt specialiter in principio mēse z competit huiusmodi vinū paralyticis z epilenticis moderate sumptum: z precedente purgatōne antecedentis medicine. Scdo vtitur saluia in salsis. nam excitat appetitum z specialiter cū stomachus fuerit repletus malis humoribus crudis z indigestis. Et est duplex saluia/scilicet domestica/z habet lata folia z magna. Alia est q̄ vulgariter nobilis dicitur. z habet minora z strictiora folia. Et apd medicos dicitur lilifagus. ¶ Tertio enumerat autor sex res medicinales valentes in curatōne paralysis. Et dicitur q saluia/castoreum/lauendula/premula veris/nasturcium z athanasia/curant z sanant mēbra paralytica. id est paralysi tacta siue debilitata. De saluia aūt causa patet ex dictis: quia vt dictum est saluia confortat neruos qui in paralysi debilitati sunt. Et etiā quia saluia calida est z sicca consumit materiam fleumaticam inhabitatā neruis ex qua fit paralisis ¶ De castoreo patet quia castoreum est maxime confortatiuū calefactiuū z exsiccatiuū neruoꝝ. Dicit eīn Auic. scdo canōis. ca. de eo. q est subtilius z fortius oī quod calefacit z exsiccat. Et postea dicit q ꝯfert neruis z calefacit z ꝯfert tremori z spasmo humido z stupori z paralisi. Et postea adhuc subdit q non est aliquid magis iuuatiuū ventositati in aure q̄ȝ ipsum cum ex castoreo accipitur quantum est lens vna z dissoluitur in oleo nardino z distillatur in eā. Plures alios effectus habet castoreum quos Auicenna narrat loco p̄allegato Et est castoreum testiculus cuiusdaȝ animalis marini quod dicitur castor. Et oleum de castoreo etiam multum valet in paralysi: sicut castoreum post euacuatōnem materie: quia tunc illam materiā que residua est consumit z neruos confortat. ¶ De lauendula etiā patet quia sua aromaticitate confortat neruos: z sua calefactōne ꝯsumit materiam paralysis. De premula veris etiam patet quia sua aromaticitate z calefactōne confortat neruos. Et dicitur premula veris: qr est de primis aromaticis in vere crescentibus. ¶ De nasturcio patet quia nasturciū est calidum z siccum subtiliatiuū z incisiuū z resolutiuū: quare aufert materiam paralysis. Et dicit Auicenna secundo canonis. capitulo de eo. q confert omni mollificationi neruorū: quia calefacit z educit fleumata: z mūdificat neruos a fleumate. Et ideo consulūt medici vt nasturcium in quadragesima edatur ꝑpterea q̄a cibi q̄dragesimales sunt fleumatici. Et est nasturciū herba cōmunis crescens in locis frigidissimis scilicet in locis petrosis z aquosis vbi sunt multi fontes. ¶ De athanasia vero que alionomine dicit̄ tanacetum teuthonice/tent vel reynvaen/patet qr ista herba hȝ virtuteȝ purgandi fleumata z sua caliditate exsiccat neruos. Et etiam habet virtutē purgandi vermes z materiam ex qua generāt̄. Et iō gallici

cōiter in diebus pascalibus vtunt athanasia frixa cum ouis ad pur gandū fleumata ex piscibus in quadragesima generata: ex quib⁹ fa cile generantur vermes in dispositis. Et in fine textus autor subdit ꝙ saluia dicitur quasi saluatrix nature.

Nobilis est ruta quia lumina reddit acuta.
Auxilio rute vir quippe videbis acute
Ruta viris coitū minuit mulieribus auget
Ruta facit castū: dat lumen ⁊ ingerit astum
Cocta facit ruta de pulicibus loca tuta.

¶ Hic autor ponit quatuor effectus rute. Prim⁹ est ꝙ acuit visum ⁊ ꝓprie succus eius/ vt dicit Auic. secūdo canonis. ca. de ea. ⁊ prius dictum est ibi. Allea nux ruta. Secūdus est ꝙ ruta minuit desideriū coeūdi in viris: sed in mulierib⁹ auget. Cuius cā pōt esse ista q͛ ruta sua caliditate ⁊ exsiccatōne sperma in viris minorat qđ subtile est ⁊ aereū. sꝫ in mulierib⁹ subtiliat ⁊ calefacit q͛ in eis sperma ē aquosū ⁊ frigidū. ⁊ ergo eas magis ad coitū incitat ꝑꝑ subtiliatōnē ⁊ caliditatē spmatis ex ruta. Tertius effectus ei⁹ est ꝙ ruta facit astutiā. i. facilem apphensionē ⁊ inuentōnē alicuius medij in cā subtili. q͛ ꝑꝑ calefactōnē ⁊ exsiccatōnē subtiliat spiritus. ⁊ sic ingeniū clarificat. Quartus effectus est ꝙ decoctio rute effugat pulices. ⁊ hoc si ex ea irroretur domus q͛ interficit eas ꝭm ꝙ cōiter dicunt medici. Et ꝭm Auic. sexta quarti. tractatu tertio. ca. de effugatōne pulicū. Quādo aspergitur domus cum infusione coloquintide saliūt pulices ⁊ fugiunt ⁊ similiter ex decoctōne rubi. Et postea subdit Auic. Et dixerūt q̄dā qñ ponitur sanguis hirci in fouea in domo: aggregātur pulices apud eum deinde moriūtur Et similiter aggregātur sup lignū linitū ex adipe ericij ⁊ effugiūt ex odore caulis et folioꝝ oleandri. Et scđm aliquos nihil magis delectiuū est pulicū q̄ꝫ res fortis odoris ⁊ ergo ruta valet menta mentastꝝ lupulus. ⁊ sup oīa feces vel vrina equi. Item dom⁹ irrorata ex decoctōne seminis rape occidit pulices. Et si fumiget dom⁹ ex cornu taurino fugiēt pulices. Pro captōe tñ eaꝝ nihil meli⁹ ē q̄ꝫ ipositio pauci bōbacis i lecto q͛ in illo aggregantur

De cepis medici non consentire videntur.
Colericis non esse bonas dicit galienus.
Fleumaticis vero multum docet esse salubres
Presertim stomacho pulcrumqꝫ creare colorē
Cōtritis cepis loca denudata capillis
Sepe fricans poteris capitis reparare decorē.

¶ Hic loquitur autor d cepis Et dicit quinq. Primū est q medici dissentiunt de natura cepa⁊:q aliquibus videtur q cepe bone sunt fleumaticis. Aliqui vero q eis nō valent sicut forsan Rasis vult qa dicit eas tertio almasoris generare humores supfluos in stomacho ⁊ fleumaticos. Secundū est q gallienus dicit cepas multum obesse colericis. Cuius cā est q vt dicit Auic. scdo canonis. ca. de cepe. Cepe est calidū in tertio. ⁊ ergo nocet calidis vt sunt colerici. Tertiū est q cepe multū valent fleumaticis q sunt calide incisiue subtiliatiue abstersiue ⁊ aperitiue: quare fleumaticos hūores ⁊ viscosos in fleumaticis multiplicatos digerūt incidūt subtiliant ⁊ abstergūt. Quartū est q cepe valent stomacho q mundificant ipsum a fleumaticis ⁊ ipsum calefaciunt. ⁊ ergo dicit Auic. loco preallegato q illd quod ex cepe comeditur pp suam caliditatem ꝯfortat stomachū debilem. Et ppter illud etiam decorāt colorem faciei/ q non est possibile colorem faciei esse viuidū stomacho existente multum fleumatico aut repleto malis humoribus crudis ⁊ fleumaticis. Quintum est q loca depilata. i. loca pilis priuata pilos siue crines recuperant si ꝯterant cepe cocte ⁊ ex eis fricentur loca depilata. Et istud ve⁊ est qn̄ depilatio accidit ppter opilatōnem poro⁊ ⁊ corruptionem materie sub cute. q cepe aperiūt poros ⁊ resoluūt materiā malam que sub cute est ⁊ bonā ad locū attrahūt. Et ergo fricatio cum cepis valet in alopicia multū/ vt vult Auic. secundo canonis. cap̄. allegato. ⁊ septima quarti. ca. de cura alopicie. Et pp istud infert textus q capitis decor poterit reparari per istam fricatōem cum cepis: quia capitis decor pili sunt. ¶ Pro maiori noticia effectuū cepa⁊ sciendū est q cepe excitant coitū/ appetitū ꝓuocant/ faciē rubificant/ cū melle verrucas eradicant/ sitim faciūt/ intellectui nocent. q humorē malū grossum generant/ saliuā multiplicant/ ⁊ succus ea⁊ ꝯfert aque descendenti in oculū ⁊ abstergit visū/ sicut colligitur ex auic. scdo canonis. cap̄. allegato. Sciendū vlterius q cepe trite cū melle ⁊ aceto ꝯferūt morsui canis rabidi. Et ergo qdā supaddunt textui p̄cedenti istos duos v̄sus. Appositas ꝓhibent morsus curare caninos. Si trite cū melle p̄us fuerint ⁊ aceto. Et de isto etiā pri⁹ dictū est ibi. Allea nux ruta.

Est modicū granū siccum calidumq̧ synapis:
Dat lacrymas: purgatq̧ caput: tollitq̧ venenū

¶ Hic autor duo facit. Primo ponit complexionē ipsius grani sinapis/ dicens q granū sinapis est modicum granū calidum ⁊ siccum. quod ve⁊ est: quia est calidum ⁊ siccum vsq ad quartum gradū s̄m Auicennā secundo canonis. capitulo d sinapi. Secundo ponit tres ꝓprietates siue effect⁹ grani sinapis. Prim⁹ effect⁹ est q cōmouet

lachrymas. Cuius causa est: quia sua caliditate nimia subtiliat et dissoluit humiditates cerebri: ex quibus tunc ꝓpter eaꝝ fluxuȝ ꝓueniunt lachryme. Secūdus effectus seminis synapis est ꝙ expurgat caput .i. cerebꝝ mundificando ⁊ abstergendo humiditates fleumaticas a capite. Expurgat etiā caput naribus impositū ꝓuocando sternutatōnem sua mordicatōe. ⁊ ideo imponitur naribus appopleticoꝝ. Per sternutatōem aūt expelluntur nocumenta cerebri. Et silr semen synapis sua caliditate subtiliat fleumata: ⁊ dissoluit illa que opilant meatus cerebri: ex quoꝝ opilatōne sequitur appoplexia. Et sic relinquitur ꝙ semen synapis est valde incisiuū fleumatis ⁊ ꝯsumptiuū ⁊ mūdificatiuū. Tertius effectus est ꝙ tollit venenū. Et istō concordat cum dicto Auicenne loco preallegato. scilicȝ ꝙ fugiūt ex fumo eius vermes venenosi.

Crapula discutitur capitis dolor atqȝ grauedo: Purpuream dicunt violam curare caducos.

C Hic ponūtur tres ꝓprietates siue effectus viole. Primus effect⁹ est ꝙ viola habet ꝓprietatem sedandi ebrietatem. Cuius cā potest esse quia viola odorem habȝ temperatū atqȝ suauē. ⁊ talis maxime est confortatiuus cerebri. forte eñ cerebꝝ non patitur cito ebrietatē sed debile. Et etiam viola est frigida/quare cerebrum infrigidat. et sic ineptificat ipsum ad recipiendum fumū ⁊ calidum. C Secūdus effectus eius est ꝙ viola ē sedatiua doloris capitis atqȝ grauedinis Et istud veꝝ est de dolore capitis ex calida causa/vt vult Auicēna secūdo canonis. ca. de viola. Et similiter Rasis tertio almasoris. et Mesue. Et ratio ē quia viola est frigida ⁊ sic repugnat cause calide C Tertius est ꝙ viola dicitur curare caducos .i. epilēticos. Et dicit notanter in textu: dicunt/quia cōmunes autores nō attribuūt istum effectū viole. Et ergo si iste effectus ꝯueniat viole: causa eius potest esse quia ꝓpter aromaticitatē viole cerebꝝ cōfortatur/ quo existēte forti a modicis nocumentis non leditur. ⁊ per consequens etiā non incurrit epilentiam que dicitur parua appoplexia ex opilatōne neruorum sensitiuoꝝ contingens. De vrtica.

Egris dat somnū: vomitū quoqȝ tollit ad vsum Compescit tussim veterem: colicisqȝ medetur. Pellit pulmonis frigus: ventrisqȝ tumorē. Omnibus ⁊ morbis subueniet articulorum

C Hic ponūtur septeȝ effectus vrtice. Quoꝝ pmus est ꝙ vrtica dat egris somnuȝ/qꝛ est subtiliatiua ⁊ incisiua ⁊ abstersiua fleumatis et grossoꝝ humoꝝ naturā grauātiū ⁊ somnū ipedientiū. C Secūdus

effectus eius est q tollit vomitū & visum vomitus. Et ratio est quia vomitus & nausea multum accidūt ex humore viscoso cuius vrtica est incisiua. ¶ Tertius est q vrtica sedat tussim antiquam. & maxie mel in quo temperata fuerit semina vrtice: qr vrtica de pectore fleuma expellit viscosum. fm Rasim tertio alma soris. Et similiter eius semen cum maxime sit incisiua abstersiua et subtiliatiua. Et dicit Auic. secundo canonis. ca. d vrtica. q cum bibitur cum aqua ordei mūdificat pectus. & quando decoquūtur folia ei9 in aqua ordei: educit humores grossos qui sunt in pectore: sed eius semen est fortius. ¶ Quartus est q puenit colicis. i. colicam patientibus: qr vrtica est incisiua subtiliatiua resolutiua & abstersiua humiditatis fleumatice aut ventositatis grosse ex quibus puenit colica plurimū. Et est colica egritudo dolorosa in intestino dicto colon/sicut yliaca egritudo dolorosa in intestino dicto ylion. ¶ Quint9 est q vrtica pellit frigus pulmonis. & hoc est pp̄ter sui caliditatē. ¶ Sextus est q vrtica est sedatiua tumoris ventris: qr resolutiua est vētositatis: ex qua vt plurimū fit tumor ventris. ¶ Septimus est q vrtica subuenit dolorib9 articulo. i. iunctura sicut artetice sciatice & podagre. Et hoc verū est quando puenīūt a materia frigida fleumatica grossa. Cuius cā est qr vrtica est calefactiua incisiua subtiliatiua materie fleumatice grosse. Et preter istos effectus fm Auicennā secūdo canonis. ca. de vrtica/excitat coitum pp̄rie semen eius cum vino. & aperit orificiuz matricis. & soluendo educit fleuma & humorem crudum sua abstersione. & nō cum virtute solutiua que sit in ipsa. Ne tñ aliquis in gutture ex vrtica aut eius semine ledatur bonū est q post eius sumptōz bibatur aliquid d oleo rosaceo. Et est vrtica calida in pncipio tertij gradus & sicca in secūdo fm Auic. loco preallegato

Ysopus est herba purgās a pectore fleuma.
Ad pulmonis opus cuz melle coquatur ysopus
Vultibus eximiū fertur reparare colorem.

¶ Hic ponūtur effectus ysopi. Quorū primus est q ysopus purgat fleuma a pectore. Cuius cā est quia ysopus est herba calida & sicca in tertio multum abstersiua dissolutiua & cōsumptiua humiditatis fleumatice. & habet respectum singularem super partes pectoris. et pp̄terea ysopus pp̄rijssime dicitur purgare fleuma a pectore. ¶ Secundus effectus est q etiaz valet ad purgandū pulmonē a fleumate eadem de causa. Et pp̄rie si coquatur cum melle: qr mel etiā est abstersiuū: & abstersione mellis augmentatur abstersio ysopi. Et istud idem vult Auicēna secūdo canonis. cap. d ysopo dicens: q ysopus confert pectori et pulmoni patiētibus a dispnia et tussi antiq̄s & eius

decoctio cum ficubus ꝛ melle similiter. Tertius effectus est ꝙ facit bonū colorē faciei. ꝛ istud etiam vult Auic. loco ꝑallegato dicens ꝙ eius potus efficit colorē bonū. Et preter istos effectus soluēdo educit fleuma ꝛ vermes. vt vult Auic. ibidē. Et ſm platearíū vinū decoctionis eius matricem mūdificat a suꝑfluis humoribus ꝛ abstergit.

Appositū cancris tritū cum melle medetur
Cum vino potum poterit sedare dolorem
Sepe solet vomitū ventremqꝫ tenere solutum

¶ Hic ponūtur tres effectus cerifolij. Primus est ꝙ cerifoliū tritū cum melle ꝛ suppositū cancro curat ipsum. Et istud idē dicit platearius. ca. de cerifolio. Et est cancer apostema melancolicuꝫ corrodens partes corporis tam carnosas ꝙ̄ neruosas. Et dicitur cancer qꝛ ꝓcedere videtur vt cancri. Secūdus effectus est ꝙ cerifoliū bibitum cū vino abscindit dolorē ventris. Cuius causa est qꝛ ventris inflationē de grossa ventositate ex qua ꝓuenit dolor mitigat: cū stomachi ventositatem ꝛ oīm viscerꝫ soluit: ꝛ opilatōnem aperit. ꝛ ad hoc etiā coadiuuat vinū. Tertius effectus est ꝙ cerifoliū sedat vomitū ꝛ fluxū ventris. Cuius causa est qꝛ cum cerifoliū calidū est in tertio gradu ꝛ siccū in secūdo materiā illā digerit ꝛ exiccat ex qua ꝓuenit vomitus. Et istud maxime veruꝫ est qn̄ vomitus aut solutio ventris ꝓueniunt a materia frigida fleumatica. Et preter istos effectus ꝓuocat vrinam ꝛ menstrua ꝛ soluit dolorem lateris renū ꝛ vesice ꝛ precipue datum cum mellicrato.

Enula campana reddit precordia sana
Cum succo rute si succus sumitur huius.
Affirmant ruptis nil esse salubrius istis.

¶ Hic ponūtur duo effectus enule campane. Quorꝫ p̄mus ē ꝙ enula campana ꝯfortat precordia. i. orificium stomachi. ꝓprie ꝑcordiū dicitur siue membra spūalia. id ē membra anhelitus que vicina sūt cordi. ꝛ specialiter radix ei⁹. Qđ aūt ꝯfortet orificiū stomachi patet quia cuꝫ radix enule sit odorifera ꝯfortat membra neruosa. Orificiū autem stomachi membꝝ neruosum est. Qđ aūt ꝯfortet mēbra spiritalia patet quia vinuꝫ factum ex enula quod vocatur vinū enulatū mūdificat pectus ꝛ pulmonē/ vt vult Auic. secūdo canonis. cap̄. de enula. Et enula etiaꝫ ſm ipsum ibidem deglutita cū melle adiuuat ad expuēdū. ꝛ est ex eis q̄ letificant ꝛ ꝯfortāt cor. Scđs effectus ē ꝙ succus enule cum succo rute maxime valet ruptis. i. patientibus rupturam siue descēsum intestinorꝫ ad bursaꝫ testiculorꝫ. hoc maxime quando ruptura est ꝓpter ventositateꝫ quia illam dissoluūt succus

rute z enule. Et preter istos effectus enula bõa est stomacho malis hũoribus repleto z aperit opilatões epatis z splenis/ vt vult Rasis tertio almasoris. Et ꝯfert omnibus lesionibus z doloribus frigidis z cõmotionibus ventositatũ z inflatõis scdm Auic. loco pallegato.

Cum vino coleram nigram potata repellit.
Sic dicũt veterem sumptum curare podagram:

¶ Hic ponũtur duo effectus pulegij. Quoꝝ primus est ꝙ pulegium z pncipaliter aqua eius sumpta cũ vino purgat colerã nigrã. Secũdus est ꝙ pulegiũ hꝫ ꝓprietatẽ curandi podagram veterẽ exquo hꝫ ꝓprietatẽ liquefaciendi z dissoluendi fleuma ex quo podagra sepꝰ generari solet. Et circa istud est notandũ ꝙ vt dicit platearius. Pulegiũ est calidũ z siccũ in tertio gradu/ subtilẽ hꝫ substantiã/ virtuteꝫ habet ꝯfortatiuã ex aromaticitate/ aperitiuã ex substantia z qualitatibus/ attractiuã ex ignea substãtia vel natura/ ꝯsumptiuã ex calore z siccitate. Et solũ vinũ decoctõnis eius valet ꝯtra dolorẽ stomachi z intestinoꝝ ex frigiditate vel ventositate

Illius succo crines retinere fluentes
Alitus asseritur dentisqꝫ curare dolorem
Et squamas succus sanat cum melle perunctus

¶ Hic ponũtur tres effectus nasturcij. Quoꝝ pmus est ꝙ nasturciũ hꝫ ꝓprietatem retinendi crines defluentes. z hoc si caput vngaꝶ cuꝫ succo eius/ vel si aqua vel succus eius bibatur. Et hunc effectũ tangit Auic. scdo canonis. ca. de nasturcio dicens. Retinet capillos cadentes bibitũ z linitũ. Secũdus eius effectus est ꝙ curat dolorem dentiũ. z hoc maxie ex cã frigida: qr nasturciũ est incisiuũ resolutiuũ z calefactiuũ/ vt patuit pus ibi. Cur moratur hõ. Tertius effectus eius est ꝙ succus eius hꝫ ꝓprietatem curandi squamas pelli adherentes qñ sumitur cũ melle z ex eo linitur locus. Et cã est quia tales squame generãꝶ ex fleumate salso. Nasturciũ autẽ vt pdictũ est omne fleuma purgat. z ergo p intus sumptuꝫ ꝓhibet cãm squamaꝝ. z ab exterius linitũ sua abstersione eas abstergit. z maxime cuꝫ melle: qr hoc etiã abstersiuũ est: z sic iuuat abstersionẽ nasturcij. Et pter istos effectus nasturciũ exsiccat putredinẽ vacuitatis ventris: mundificat pulmonẽ/ z ꝯfert asmati z in medicinis asmatis ponitur ꝓpter illud qd est in ipso de incisione z subtiliatõne/ calefacit stomachũ z epar z confert grossiciei splenis z ꝓprie qñ ex eo fit emplastꝝ cum melle/ z facit euomere coleram z educit eam solutõne/ augmentũ efficit in coitu. z soluendo educit vermes z ꝓuocat menstrua/ vt vult Auicẽ. secũdo canonis loco preallegato.

Cecatis pullis hac luinia mater yrūdo
Plinius vt scribit q̄uis sint eruta reddit.

¶ Hic pōitur vnū notabile de celidonia. Et est q̄ qn̄ pulli yrūdinis excecati fuerint: tunc mater affert celidoniaȝ et cum ea fricat oculos pulli excecati: ⁊ sic visus restituitur. Et p hoc dat innuere autor q̄ celidonia maxime ꝯfortat visum. Et istud etiā manifeste pȝ q: i medicinis valētibus ꝯ debilitatē visus cōiter ponit̄. Et est celidonia herba nota glaucū hn̄s succū. Causa aūt quare ipsi yrūdini data est v̄tus cognoscendi celidoniā plusq̄ aliis auibus pōt esse ista. q: pulli yrundinis sepius cecitatē patiūtur q̄ pulli aliaꝝ auiū: q: feces hyrūdinū hn̄t vim excecatiuā oculoꝝ ⁊ sepius patiunt̄ a fecibus matꝝ. Et est sciendū q̄ ₰m Platearīū celidonia est calida ⁊ sicca in tertio gradu. Et ex qualitatibus suis ⁊ substantia hȝ v̄tutē dissoluendi ꝯsumēdi ⁊ attrahendi. Et radices eius trite ⁊ in vino decocte valent ad purgandū caput ⁊ vuluaȝ ab humore fracto ⁊ humido si patiens fumū per os recipiat ⁊ postea vinum gargariset.

Auribus infusus vermes succus necat eius
Cortex verrucas in aceto cocta resoluit.
Pomoꝝ succus flos partus destruit eius.

¶ Hic autor tria dicit de salice. Primuȝ est q̄ succus salicis auri infusus interficit vermes auris. Et istud pōt ꝓuenire pp̄ stipticitatem et exsiccationē eiꝰ. Et ē hic sciēdum q̄ scd̄m auic. scd̄o canonis ca. d̄ salice. Nō est aliquid magis vtile q̄ succus folioꝝ eiꝰ in cura saniei q̄ currit ex aure. Scd̄ȝ ē q̄ cortex salicis. i. extrema pars eius in aceto decocta resoluit verrucas. auic. v̄o loco p̄allegato dicit q̄ eius cinis eradicat verrucas linitꝰ cū aceto et istud est pp̄ vehemētēȝ exsiccationem cineris eius. Pro deletione tn̄ verrucaꝝ nō est aliq̄d magis abscindens verrucas q̄ fricatio portulace sup verrucas. Et facit hoc portulaca sui ꝓpetate et non qualitate scd̄ȝ auic. scd̄o canonis cap̄. de portulaca. Tertiū ē q̄ flos salicis et succus pomoꝝ. i. fructuum eiꝰ nocēt ptui q: pp̄ stipticitatē ⁊ exsiccatōȝ eoꝝ reddūt ptū difficilē.

Confortare crocus dicatur letificando
Membraq̄ȝ defecta confortat epar reparando.

¶ Hic ponunt̄ aliqua iuuamēta croci. q̄ruȝ p̄mū ē q̄ crocus ꝯfortat corpus humanū letificādo. Et circa istud est sciēdū q̄ crocus tantā ꝓpetateȝ hȝ letificādi q̄ datꝰ in maiori q̄titate q̄ debeat interficit letificando siue ridēdo. Vn̄ dicit auic. scd̄o canōis. c. de croco q̄ tres aurei de ipso interficiūt letificādo. Et est aureū pōdus dragme vniꝰ et semis. Scd̄ȝ ē q̄ crocus cōfortat mēbra defecta et p̄ncipaliter cor

Confortat etiã stomachũ pp suã stipticitatẽ et caliditatẽ. Et ppter eandẽ cãm etiaz reparat epar ꝛ maxīe pp stipticitatem q̃ nõ pmittit dissolui epar. Nimius tñ vsus ei⁹ inducit nauseã et deicit appetitũ. Et istud inuit auic. loco p̃allegato dicẽs. Ipe facit nauseã et deicit appetitũ ꝑpterea ꝙ oppositus est acetositati q̃ est in stomacho ex q̃ est appetit⁹. Et p̃ter istos effectus est faciens somnũ et obtenebrans sensus et cũ bibitur in vino inebriat abstergit visuz et ꝓhibet fluxum ad ipz: facit anhelitũ facilẽ et cõfortat instrumẽta anhelitus excitat coitum et ꝓuocat vrinam vt vult auicẽ. loco preallegato.

Recedit fecunditas per mansum sepe puellas
Isto stillantem poteris retinere cruorem.

Hic ponunẗ duo iuuamẽta porri. Primuz est ꝙ porruz p mãsuz. i. p comestionẽ ei⁹ reddit puellas sepe fecundas. Cui⁹ ratio põt eẽ. qꝛ scðm auic. scðo canonis capi. de porro confert coartationi matricis et duriciei q̃ est in ipa q̃ pñt esse impedimenta ꝯceptionis. Scðm est ꝙ porrum abscindit fluxum sanguinis nariuz. Idẽ vult aui. loco preallegato et plures alij effectus ei⁹ dicti sunt prius ibi. Allea nux ruta:

Quod piper ẽ nigrum nõ est dissoluere pigrum
Fleumata purgabit digestiuamqꝫ iuuabit
Lẽcopiper stomacho prodest tussisqꝫ dolori
Utile preueniet motum febrisqꝫ rigorem.

Hic ponunẗ multa iuuamẽta piperis. Et primo tria piperis nigri/ Quoꝝ primũ est ꝙ piper nigrum non est pigꝝ in dissoluendo. id est resoluendo ꝑpter fortem eius caliditatem ꝛ siccitatez. est em̃ calidũ ꝛ siccuz in quarto. Secundũ est ꝙ purgat fleumata qꝛ attrahit ex interiori corpore fleuma ꝛ ipsuz consumit. similiter fleuma ĩ pectore ꝛ stomacho inuiscatum remouet ipsum calefaciendo subtiliando ꝛ dissoluendo. Tertiũ est ꝙ est iuuatiuũ digestiue. Et istud patet p Auicennam secũdo canonis. ca. de pipere dicentem/ ꝙ piper est digestiuũ faciens appetitũ. Et istud maxime intelligendũ est ð pipere longo. quod est magis ꝯueniens digestiõni crudoꝝ humoꝝ q̃ꝫ albuz vel nigrũ/ vt testatur Galienus quarto de regimine sanitatis. ca. vij. Scðo ponit q̃nqꝫ iuuamẽta leucopiperis. i. piperi albi Quoꝝ primũ ẽ ꝙ piper albũ confortat stomachũ. Et istud patet per Galienũ loco p̃allegato dicentem: ꝙ est confortans stomachum sup alia duo pipera. Et idem vult Auicenna secundo canonis. cap. de pipere dicens. Et album magis conueniens est stomacho: et vehementius confortat. Secundum est ꝙ piper confert tussi: maxime ex materia frigida fleumatica / quia illam calefacit dissoluit et incidit.

Et istud vult auic. loco preallegato dicens q quādo administratur piper in electuarijs est conueniēs tussi et dolorib⁹ pectoris. Tertius est q piper albū ꝯuenit dolori. Et pōt istud intelligi de dolore pectoris: sicut ex Auic. allegatū est. Uel de dolore ventoso Tali enim conuenit oē piper: quia om̄e piper sui caliditate carminatiuū est vētositatum et sic educit ventositates Auic. vero loco ꝑallegato dicit. Piper albuz et similiter longū conuenire in dolore ventris pungitiuo si bibatur cum melle: et folijs lauri recētibus. Quartū ē q vtiliter pōt ꝓuenire motū febris. i. accessionē siue paroxismuz febris et hoc febris frigide: qꝛ in tali pipere aliquo mō materiā calefacit et digerit. Quītū ē q piper albū valet in rigore febriū. Cuius causa ē qꝛ piper sua caliditate cōfortat neruos et materiā sparsaz sup eos consumit Et auic. dicit q fricādo fit inūctio ex ipso cū vnguēto ꝛ ꝓfert rigori. Et ista iuuamēta qnqꝫ etiā pñt ꝯuenire alijs gñibus piperuz. vt ex auic. loco ꝑallegato pꝫ. Et p̄ter istos effectus piper calefacit neruos et lacertos adeo q in hoc nō ē aliud ei par: mūdificat pulmonē/ prouocat vrinā paucū de ipō: sed multū de ipo soluit ventrē. vt colligit ex auic. loco ꝑallegato. Et circa istud sciendū est q triplex ē piper. s. piper albū qđ đꝛ leucopiper. piper lōguz qđ dicit macropiper. et piper nigrū qđ dicitur melancopiper. Piper album đꝛ quod ē viride multum humidum. Et quando illud est desiccatum aliq̃tulum/ ita q apparet quedā discontinuatio inter eius partes: nō tamen sit perfecte maturatum dicitur piper lōgum. Sed qñ est ꝑfecte maturatuz tunc dicitur piper nigrum.

Et mox post escam dormire nimisqꝫ moueri
Ista grauare solent auditus ebrietasqꝫ

Hic tangunt tria ḡuedinē audit⁹ inducētia. Primū ē imediatus sōnus post cibū sumptū et hoc vsqꝫ ad repletionē cui⁹ causa pōt esse ista qꝛ sōnus imediate post cibū sumptū facit indigestionē ciborū. cibi aūt indigesti grossos ac indigestos fumos ꝓcreant: q̄ sua grossicie meatus auditus opilant: et etiā spūs auditiuos ingrossant et perturbant. Scđm est nimius motus post cibum sumptum: quia talis etiam impedit digestionem et clausionē debitā orificij stomachi. Aliq̃ tñ textus loco nimis habent minus/ et tunc sensus est q nullus motus post cibum sumptum etiā grauat auditum. Cuius ratio est quia tūc orificiū stomachi nō ita facile clauditur: sicut ꝑ paucā deābulatōnē: q̄ cibi descēdunt ad fundū stomachi. Iā stomacho nō exñte clauso/ fumi mlti ascēdūt ad caput grauātes auditū. Tertiuz ē ebrietas quia ex ebrietate procreant fumi multi/ et vapores qui ascendūt ad caput: et ad organū auditus/ spiritum eius ꝑturbantes: et auditum grauantes. Et non solum ebrietas inducit nocumentum auditui

sed etiam visui: ꝛ omnibus sensibus ꝓpter eandem causam. vt etiã ꝑus dictũ est. Auicẽna ꝟo quarta tertij. cap̃. secũdo. de cõseruatõne sanitatis auris: etiam dat tria nocentia auribus ꝛ dicit. Ex eis q̃dez que nocent auri ꝛ reliquis sensibus sunt fastidiũ ꝛ repletio: ꝛ ꝓpꝛie somnus sup repletõnem. ¶ Et est sciendum ꝙ aliqui textus adhuc habent vnũ ꝟsum ꝯtinentem adhuc alia inducentia grauedinẽ auditus. Et est iste. Balnea sol vomitus affert repletio clamoꝛ. qꝛ ista inducunt etiam grauedinem auditus. maxime tamen tinnitũ. qꝛ dicit Auic. quarta tertij. ca. de cura tinnitus. Oportet vt omnes ista vitent solem ꝛ balneũ laboꝛiosum ꝛ vomitum ꝛ clamoꝛẽ ꝛ repletõnẽ.

Metus: longa fames: vomitus: percussio: casus Ebꝛietas: frigus: tinnitũ causat in aure

¶ Hic tangũtur septem inducentia tinnitũ in aure. i. sonũ quem hõ videtur audire exterius. Quoꝝ p̃mũ est metus/ ꝛ ẜm alios motus. Causa est de metu quia in metu spiritus ꝛ humoꝛes mouẽtur ad interioꝛa. scꝫ ꝟsus coꝛ subito ex quo motu facile generatur ventositas que penetrando ad oꝛganũ auditus tinnitũ causat. De motu etiã pꝫ quia ex motu coꝛpoꝛali etiaꝫ cõmouẽtur humoꝛes ꝛ spũs. ex qua cõmotione etiã generatur ventositas facile/ que veniens ad aures tinnitum causat. quia tinnitus causatur ꝓpter aliquam cõmotõnẽ vapoꝛis aut ventositatis circa oꝛganũ auditus cõmouentiũ aerem cõnaturalem in oꝛgano auditus existentẽ. ¶ Secundũ est lõga fames Et rõnem subiungit Auic. quarta tertij. ca. nono. dicens. Et illd̃ est ꝓpter agitatõnem cadentẽ in humoꝛibus sparsis in coꝛpoꝛe q̃escẽtibus in ipso. Et cum nõ inuenit natura cibum aliquẽ cõuertitur ad eos ꝛ resoluit ipsos ꝛ mouet eos. ¶ Tertiũ est vomitus. qꝛ in vomitu qui est motus laboꝛiosus mouentur maxime humoꝛes ad caput In signuꝫ cuius oculos ꝛ faciem videmus fieri rubeos ꝛ visus fieri nocumentũ. Et sic etiam facile mouentur in vomitu vapoꝛes ꝛ ventositates ad oꝛganuꝫ auditus. ¶ Quartum est ꝑcussio spere ĩ capite ꝛ maxime in aure. Cuius cã est: quia ex tali etiam accidit vehemens cõmotio aeris cõnaturalis in oꝛgano auditus existẽtis: quia natura aliquo membꝛo leso ĩmediate mittit ad ipsum spiritũ ꝛ sanguinem qui sunt instrumenta nature: ex quibus tunc accidit in aure cõmotio ¶ Quintũ est casus ꝛ maxime supꝛa caput ꝓpter eandẽ causam q̃ dicta est de ꝑcussione. Et etiam ex casu quocũq; vehemẽs fit cõmotio humoꝝ in coꝛpoꝛe. ¶ Sextum est ebꝛietas. Cuius cã est quia in ebꝛietate caput repleť fumis ꝛ vapoꝛibus ex q̃bus ad oꝛganũ audit⁹ venientib⁹ facile cõmoueť aer cõnaturalis in oꝛgano audit⁹ existẽs. ¶ Septimũ est frigus/ ex forti eñ frigoꝛe debilitatur oꝛganũ: quare

ex leui cā facile patiē vel ꝯtingit tinnit⁹ ex forti frigore.q: forte frigus causat vētositates. Et nō solū ex istis causis ꝯtingit tinit⁹ aurīū imo ex plurib⁹ aliis sicut ex vētositate i capite generata ⁊ i ipso mota: aut ex sonitu saniei q̄ generaē forta sse in ipsa ⁊ ex feruore puris ī partib⁹ eius: aut ex motu vētositatis accidētis multotiēs ī meatib⁹ ei⁹, sicut fit in febrib⁹. aut ex repletōe sup̄flua in corpe/ ⁊ ꝓprie ī capite: aut ex materia viscosa resoluta in paucā vētositatē. aut ex medicinis/ quarum proprietas est vt retineant humores et vētositates in partibus cerebri. vt colligitur ab auic. loco preallegato.

Balnea: vina: venus: ventus: piper: allea: fumus
Porri cū cepis: lens: fletus: faba: synapis
Sol coitus: ignis: labor: ictus: acumina: puluis:
Ista nocent oculis: sed vigilare magis

¶ Hic ponūtur. xvj. res nociue oculis. Prima est balneū: siue humidum siue siccū qđ stupha dicit. primo q: calefacit eos calefactione multa. et sic ledit eoꝝ complexionē cum naturaliter sint frigidi de natura aque. Scđo q: exsiccat et resoluit hūiditates subtiles oculorum quib⁹ spūs visiui qui sunt ignei habent refocillari et temperari. ⁊ ꝑ istud plures reperiūtur ceci supra renū in q̄bus vtunē stuphis et balneis q̄ad modū etiam plures reperiunē leprosi in hollandia q̄ꝫ aliq̄ alia regione propter indebitū regimē. Scđa res est vinū: et hoc imoderate sumptū. tale em̄ debilitat oculos et visum: quia caput replet fumis et vaporibus. ⁊ ergo etiam ebetat omnes sensus. Tertia res ē ven⁹. i. nimi⁹ vsus coitus: qui ab oībus medicis ferē debilitare multum visum. Et aristo. quarta probleumatū particula ꝓbleumate tertio assignat cām istam scꝫ quia per coitum aufertur qđ oportunū est oculis. Oportet em̄ humidū aqueū subtile eis inesse in quo visibiles spūs fulciantur. Nam oculus naturaliter est talis. scꝫ hūidus. Unđ de sensu et sensato et quinto de generatione animalium dicitur oculum esse de natura aque. Sed euulsis humidis et euacuatis cōuenit superiora desiccari. propter quod oculi a sui recedunt natura q̄ humiditate vigebat. Et merito oculi vigent humiditate quia ꝑ spirit⁹ igneos qui sunt in multo motu euanescerent: nisi humido sustentarētur. Ex isto manifestū est ꝙ coitus exsiccat partes superiores substrahendo humidum ad quod sequitur lesio acuitatis visus. Quarta res est ventus et maxime meridionalis. de quo dicit ypocras tertia amphorismorū. amphorismo illo. Austrini flatus ꝙ est caliginosus id est caliginem et obscuritatem in oculis inducens. quod prouenit quia talis vent⁹ caput replet humiditatibus ebetantib⁹ sensus et spūs offuscantib⁹. Quinta res ē piper quod prouenit propter sui

acuitatez qua generat fumos oculos mordificantes. ¶ Sexta est allea/que etiam nocent visui ꝑpter eoꝝ acuitatem ꝛ vaporositatem. vt etiam prius dictum est ibi. Allea nux ruta. ¶ Septima est fumus qui etiam nocet oculis ꝑpter mordicatōnem ꝛ exsiccatōnē. ¶ Octaua est porri/quia ex esu ipsorum generantur fumi grossi melancolici quibus visus obumbratur/vt etiam prius dictum est ibi. Allea nux ruta. ¶ Nona est cepe/quarum comestio nocet oculis ꝑpter earum acuitatem. ¶ Decima est lens/de quo dicit Auicenna secundo canonis capitulo de lente. ꝙ illius qui plurimū eius comestione vtitur visus obtenebratur ꝑpter vehementiam exsiccatōnis eius. ¶ Undecima res est fletus nimi⁹/qui debilitat oculos ex eo ꝙ inducit debilitatem retentiue oculorum. ¶ Duodecima est faba/cuius vsus generat fumū grossum melancolicum obtenebrantem spiritus visiuos sicut porrum. Et ergo etiam comestio fabarum inducit somnia terribilia. ¶ Decimatertia ē sinapis/cuius vsus inducit debilitatē visus ꝑpter eius acuitatem. ¶ Decimaquarta est aspicere solem ꝛ hoc est ꝑpter eius vehementem nitorem et splendorem quibus destruitur visus vt patet ad experientiam. ꝛ hoc ideo quia vehemens sensibile non ꝑportionatum sensui sicut radij solares corrumpunt sensum. ¶ Decimaquinta est coitus: ꝛ maxime post nimiam repletiōem/vel magis post nimiā vacuitatem ꝛ inanitōnem. ꝛ de ista re dictum est. ¶ Decimasexta est ignis/cuius inspectus causat siccitatē vehementem in oculis: ꝛ sic ledit visum ꝛ etiam ledit propter claritatem eius Et ergo cōmuniter videmus fabros ꝛ illos qui continue coraz igne operātur: rubeos aut debiles habere oculos. ¶ Decimaseptima est nimius labor: quia talis etiam vehemēter exsiccat ¶ Decimaoctaua est percussio contra oculos que ledit oculos ꝛ visum: quia facit sanguinem ad oculos fluere: spiritum visiuū perturbantem: ꝛ aliquādo apostema generantem. ¶ Decimanona est nimi⁹ vsus reꝝ acutarū videlicet vti diuersis salsamentis acutis. ꝛ hoc ꝑpter acuitatem fumorum ex ipsis generatoꝝ. ¶ Uicesima est puluis siue ambulare in locis puluerulentis: in quibus de facili puluis ad oculos peruenit et visum offuscat. ¶ Uicesimaprima ꝛ inter ceteras magis ledens oculos ꝛ visum est nimiū vigilare: quia vigilie nimie nimiam siccitatem in oculis inducūt. Et in generali oīs repletio nocet oculis. similiter oē quod exsiccat naturā ꝛ oē quod turbat sanguinez ex rebus salsis acutis ꝛ aliis: ꝛ oīs ebrietas. Uomitus vͦ ꝓfert ei inq̃tū purgat stomachū ꝛ nocet ei inq̃tū mouet materias cerebri expellendo eas ad ipm. Et ḡ si fuerit vomitus necessari⁹ dz fieri post cibū cū facilitate. Et silr somn⁹ sup̱fluus nocet visui: ꝛ somnus statim post repletōz. et mltitudo fleubothomie ꝛ ꝑpe cū vētosis ꝯtinuis. Et istō colligit ex

Auicenna tertia tertij tractatu quarto ca. quarto de rememorande rerum visui nocentiũ vbi etiam auic. plures ex causis in textu narratis exprimit.

Feniculus/verbena/rosa/celidonia/ruta.
Ex istis fit aqua que lumina reddit acuta

¶ Hic tanguntur quinqȝ res medicinales/quarum aqua confert visui. Prima est feniculus cuius succus in oculo positus acuit visum secũdũ rasim tertio almasoris. Secũda est verbena cuius aqua a cõmunibus medicis ponitur in receptis valentibus contra debilitatem visus. Tertia est rosa cuius aqua confortando spiritum animalem põt confortare visum. Quarta est celidonia. et ẽ herba habens succum citrinum. Et dr celidonia quasi celica dona donãs. Quinta est ruta et ẽ herba cõmunis et aque istarũ duarũ herbarũ similiter valent vt ex cõmunibus autoribus medicine patet. Et de pluribus istarum herbarum prius in diuersis passibus dictum est amplius.

Sic dentes serua porrorum collige grana
Ne careas iure cum iusquiamo simul vre
Sicqȝ per embotum fumum cape dẽte remotũ.

¶ Hic ponũt aliq̃ medicine valẽtes ad dolorẽ dẽtiũ. Et dicit text⁹ q̄ semina porrorũ et iusquiamus simul vsta valent in dolore dentiuȝ Et debent sic administrari. succus iusquiami cuȝ seminibus porroꝝ debent simul cõburi. et fumus istoruȝ per embotum recipi in illa pte in qua est dolor dentis In iusquiamo em̃ est virtus stupefaciendi ⁊ sic ex stupore dolor non percipitur. Et in fumo seminis porri est virtus interficiendi et eiciendi vermes qui aliquando in concauitatib⁹ dentiũ existentes intolerabilem faciunt dolorem. Et istud dicit aui. secundo canonis capi. de porro. Et est porrum herba nota. Et iusq̃amus est herba stupefactiua habens longa folia pinguia et fetida

Nux/oleum frigus capitis/anguillaqȝ potus
Ac pomum crudum faciunt hoiem fore raucum

¶ Hic ponuntur sex cause raucedinis vocis. quarũ prima ẽ nux id ẽ comestio nucum quia nuces multũ exsiccãt et ergo voceȝ exasperãt et faciũt eã similẽ vocibus gruum. Scda est oleuȝ cuius vsus potest inducere raucedinẽ quia ptes eius alique viscose adherent ipi cãne pulmonis facientes raucedinem. secundo potest inducere raucedinẽ in corporibus colericis quia oleum in talibus cito inflãmatur et sic inducit ex tali calefactione exasperationem et raucedinẽ. Prima tamen causa videtur melior. Tertia est frigus capitis. Cuius causa est quia ex frigore capitis fit cõpressio cerebri ex cuius cõpressione flu=

unt humores deorsum versus guttur ꝛ cannā pulmonis inducentes raucedinem ꝑpter nimiā humectationē canne. Quarta est anguilla siue comestio anguille: qꝛ ex esu eius fleumata viscosa multiplicātur que venientia ad cannaꝫ pulmonis illic adherent inducentes raucedinem. Quinta est potus nimius ꝛ maxime qñ itur dormitū. ¶ Cuius causa est qꝛ ex tali canna pulmonis etiam multū humectatur Jam vehemens humectatio canne pulmonis potissima est causa raucedinis vocis ſm omnes medicos. Sexta est pomū crudū / qꝛ inꝯtuꝫ crudum multiplicat fleumata. Et si sit cum hoc imaturuꝫ stipticum siue ponticum guttur exasperat.

Jeiuna: vigila: caleas dape: valde labora:
Inspira calidum: modicum bibe: comprime flatū
Hec bene tu serua si vis depellere reuma
Si fluat ad pectus dicatur reuma catarrus
Ad fauces brancus: ad nares esto corisa.

¶ Hic tangūtur septem quibus curatur reuma. Primū est abstinētia siue ieiuniū / quia per hoc materia reumatis diminuitur: qꝛ abstinentia exsiccat ꝛ materia melius maturatur ꝛ cōsumitur: qꝛ natura non habens materiā cibalem in quā agat: agit in materiā reumatis ꝛ ꝯsumit eam ꝛ caput nimis repletur. Et ergo dicit Auicē. quinta tertij. tractatu primo. capitulo. xiij. Et propter quidem ne patiēs catarrum ꝛ corisam replet ventrem cibis / quare repleatur caput eius ¶ Secundū est vigilia / quia illa etiam est exsiccatiua cerebri ꝛ ꝓhibitiua ascensus multoꝝ vapoꝝ ad caput. ¶ Tertiū est cibi calidi / q̄ etiam iuuant in reumate cum est ex materia frigida qꝛ ꝑ illos etiam tunc digeritur materia frigida. ¶ Quartū est multū laborare / qꝛ per hoc etiam ꝯsumitur materia reumatis: qꝛ labor multus exsiccat superfluitates corporis. Et loco illius dictōnis valde / quidā textus hñt veste / ꝛ tunc sensus est ꝙ in cura reumatis etiā valet calor ī vestibus ꝛ hoc etiā veꝝ est: maxime tñ quando materia reumatis est frigida. ¶ Quintū est inspiratio aeris calidi: ꝛ hoc maxime in catarro ex materia frigida: qꝛ per aerem inspiratuꝫ calidum tunc calefit materia ꝛ maturatur. ¶ Sextum est modicū bibere ꝛ pati sitim: qꝛ ꝑ hoc etiā materia reumatis ꝯsumitur cum sitis siue modica bibitio exsiccat. Et etiā ꝑ modicā bibitōnē caput nō repletur sicut ꝑ multuꝫ potum. ¶ Septimū est ꝯprimere flatuꝫ. i. retinere anhelitū. Istud enī valde bonū est in catarro maxime a cā frigida. qꝛ ꝑ istam retentōnē anhelitus calefiūt pectoralia. ꝛ sic melius digeritur materia frigida fleumatica faciens cataꝝ. Et plurima istoꝝ ꝛ alia tangit Auicēna loco

preallegato dicens. Oportet vt assiduet calefactõnez capitis r elongatõnem eius a frigore r minuat ipsum a septentrione r pprie post austrp. Auster eñ replet r rarificat r septentrio constringit r exprimit r minoret potũ aque pgelate: neqꝫ dormiat in die r sitiat r famẽ patiatur: et vigilet qũtũ potest quoniam sunt initium cure. Rasis vero nono almasoris vult: q patiẽs reuma debet cauere ne iaceat supinꝰ Et ratio est ne per illum decubitũ materia fluat ad partẽ posteriorẽ r cum pars posterior nõ habet manifestos meatus p quos materia fluat/ timetur ne fluat ad neruos r faciat spasmũ vel paralysim. Et similiter debet abstinere oĩno a vino/ quia vinũ est vaporosuz. Et cũ multũ sit calidũ dissoluit materiã r auget reuma. Et similiter nõ dz stare ad solem aut ad ignem: quia sol r ignis dissoluendo materiam etiam augent reuma. ¶ Deinde textus in duobus vltimis versibus ponit differentiã inter ista tria noĩa. scz catarrus/ brancus/ et corisa. Et stat differentia in hoc q est fluere materiã ad aliã r aliã partem. Unde reuma est nomen cõe ad oẽm fluxũ materie de vno mẽbro ad aliud. Et ergo dicitur reuma quasi ruens materia. In cõi tamen vsu capitur solũ p noĩe cõi ad oẽm fluxũ materie a capite. Et ptinet sub se istas tres species. scz catarp/ brancũ r corisaz. Unde si illa materia fluat ad pectus vel membra vicina dicitur catarrus. si vo ad fauces brancus. sed si fluat ad nares dicitur corisa.

Auripigmentũ sulphur miscere memento:
His decet apponi calcem cõmisce saponi
Quatuor hec misce cõmixtis quattuor istis
Fistula curatur quater ex his si repleatur

¶ In hoc textu ponit autor medicinam curatiuaz fistule/ dicens q emplastrum factum ex auripigmento sulphure calce r sapone simul mixtis curat fistulã. Cuius causa est quia in istis est vtus exsiccatiua et mundificatiua que intentõnes necessario requirũtur in curatione fistule. De auripigmento dicit platearius q est calidum r siccum in quarto gradu: dissoluit attrahit psumit r mundificat. Et sulphur r sapo scdm eum etiam calida sunt r sicca. sulphur tamen vehemẽtiꝰ quia est calidũ r siccum in quarto. sapo vero nõ. De calce dicit Auicenna q calx abluta est exsiccatiua sine mordicatione et consolidat. ¶ Notãdũ circa istud q fistula est vulnus assidue r periodice fluẽs id est scdm diuersa tempora vel scdm diuersas lunatõnes. Auripigmentũ vero est illud quo vtunt sculptores quo faciũt adherere es siue metalluz lapidibus. Sapo vero id est smigma est illa pinguedo alba siue nigra qua mulieres lauant et mundant vestes. Alia vocabula nota sunt.

Ossibus ex denis bis centenis qz nouenis
Constat homo denis bis dentibus τ duodenis.
Ex tricentenis decies sex quinqz qz venis.

¶ In hoc textu autor ponit numerū omnuz dentiu τ venaꝝ humani corporis. Et dicit pmo ꝙ homo ꝯstat ex ducentis τ nouēdecim ossibus. Scdm tamen solēnes medicine doctores vt ypocratē/ galienū rasim/ auerroym/ τ auicennā/ ossa hominis sunt ducenta et quadragintaocto. licet in particulari enumeratōne ossium discōueniant. Et istud vult ille cōmunis versus. Ossa ducētena sunt atqꝫ quater duodena. Secūdo dicit ꝙ homo debet habere trigintaduos dentes. Et istud intelligendū est cōiter τ vt plurimū in hominibus pfectis. Aliquando em̄ contingit aliquos hoīes non habere dentes quatuor extremos: q̄ sunt post molares. τ in talibus dētes sunt vigintiocto tm̄. Et aliq̄ carent his dentibus vltimis in puericia tm̄. Alij in puericia et iuuentute: ita ꝙ non eis nascūtur donec sint senes. Alij tota vita

¶ Circa istud sciendū est ꝙ scdm Auic. prima primi. doctrina q̄nta. summa prima. cap. de anathomia dentiū. Inter istos dentes duo vocantur duales/ τ sunt duo dentes anteriores. τ duo quadrupli iūcti dualibus a dextris τ sinistris. τ taz duales q̄ꝫ quadrupli sunt duo in supiori mandibula: τ duo in inferiori. τ sunt oēs ordinati ad incidendum. τ ideo a quibusdā incisores vocantur τ specialiter duales. Et post istos dentes sunt duo dentes qui vocantur canini supius τ duo inferius imēdiate ꝯiūcti quadruplis. τ officiū eoꝝ est frangere dura Et post illos sunt q̄tuor dentes molares a dextris τ a sinistris q̄tuor tam in supiori q̄ꝫ in inferiori mandibula. Et post istos in aliquibꝰ est dens vnus sensus tam a dextris q̄ꝫ a sinistris/ τ tam in inferiori q̄ꝫ a superiori mandibula: in aliquibus vero non. Et sunt isti dentes molares τ dentes sensus omnes ordinati ad molendum. Et summa totius numeri dentiū est trigintaduo/ vel vigintiocto in non habētibꝰ dentes sensus scz quatuor duales: quatuor quadrupli: τ quatuor canini: et sedecim molares: et quattuor dentes sensus. Tertio dicit ꝙ homo habet tricētas et sexagintaq̄nqꝫ venas vt posset patere enumeranti eas.

Quattuor humores in humano corpore constāt
Sanguis cum colera fleuma melancolia
Terra melā. aqua fleg. τ aer sāguis. coler. ignis

In hoc textu enumerat pmo actor humores q̄ sunt necessarij ad cōstitutionē hūani corporis τ dicit ꝙ q̄tuor sunt humores in hūano corpore scilicz sanguis /fleuma/ colera/ et melancolia. Secundo ostēdit

naturam z ɔplexionem cuiuscꝫ humoris p hoc q ɔparat vnũquẽcꝫ vni elementoꝝ. Et vult q melancolia est frigida z sicca z sic compa ratur terre: que similis nature est. Fleuma est frigidũ z humidum. z sic ɔparatur aque. Sanguis est calidus z humidus z sic cõparatur aeri. Sed colera est calida z sicca: z sic cõparatur igni. Et iste sensus etiam patet i his versibus. Humidus est sanguis calet est vis a eris illi. Alget humet fleuma sic illi vis fit aquosa. Sicca calet colera: sic igni sit similata. Melancolia friget siccat quasi terra. ℭ Et p maio ri intellectu sciendum est q ꝺm Auic. prima primi. doctrina quarta. cap̃. primo. Quatuor sunt humores in corpore hominis scꝫ sanguis fleuma colera z melancolia: vt dictũ est. Inter quos sanguis est me lior/ primo qꝛ est materia spirituũ in quibus vita consistit: z oĩs ope ratio vegetatiua vitalis z animalis. Secundo qꝛ conformis est cum ꝓncipijs vite. est eñ calidus z humidus temperate. Tertio qꝛ plus nutrit z restaurat deꝑditũ ceteris humoribus Et vt audeã sic dicere est thesaurus nature ex cuius perditõne sequit̃ mors statim. Deĩde sequitur fleuma in bonitate/ primo quia aptum est vt tẽpore necessi tatis fiat sanguis. z ideo non habet ꝓprium receptaculũ sed incedit cum sanguine. Secũdo qꝛ vicinius est radicali humido qð est velut basis vite. Deinde sequitur colera/ qꝛ participat cum naturali calore q̃diu mensuram seruat Deinde est melancolia velut fex z sordicies elõgata a ꝓncipijs vite/ inimica leticie z liberalitati/ z cognata senio z morti. ℭ Secundo sciendũ ꝓ diuisione z diffinitõe humoꝝ q san guinis due sunt species/ scꝫ naturalis z ĩnaturalis. Naturalis est cu ius color est rubeus scꝫ venalis rubeus obscurus z arterialis rube⁹ clarus: malo carens odore: z est valde dulcis. z hoc p respectum ad alios humores. Innaturalis est duplex/ nam quidam est ĩnaturalis qualitate/ scꝫ qui est mutatus a ɔplexiõe bona in se sine alterius hu moris cõmixtione. Alius est ĩnaturalis ꝓpter humorem malum ei admixtũ peccantem qualitate substantia vel quãtitate vel in ꝓpor tione alterius ad alteꝝ. Et iste est duplex. Naꝫ q̃dã est nõ naturalis ex ꝑmixtione mali humoris qui ab extra sibi ſuꝑuenit. Alius est nõ naturalis ex ꝑmixtõne mali humoris generati in ipsomet sanguine: sicut quando pars sanguinis putrefacta est: z eius subtile ɔuersum est in coleram: z grossum in melancoliã. vel illa colera vel illa melan colia vl' vtracꝫ mansit in illo sanguine. Et iste sanguis nõ naturalis ex admixtõne mali humoris multipliciter diuersificatur a naturali. Primo in substantia/ qꝛ grossior z turbidior est cum sibi miscet̃ me lancolia. vel subtilior cum sibi miscetur colera citrina vel aquositas Secũdo in colore/ qꝛ est declinans ad albedinẽ ex parte fleumatis: vel ad nigredinẽ ex parte melancolie. Tertio in odore: qꝛ fetidior est

ex admixtione putridoꝝ humoꝝ:vel oīno odore caret ex admixtōne crudoꝝ. Quarto in sapore/q2 vergit ad amaritudinē ex admixtione colere. vel ad acetositatem ex parte melancolie:vel ad insipiditatem ex parte fleumatis. Fleumatis vero etiam due sunt species/sc3 naturale ꝛ īnaturale. Naturale est quod est aptū vt in aliquo tempe fiat sanguis qm̄ est sanguis nō bene coctus. Et est quidā modus dulcis fleumatis quod nō valde existit frigidū: īmo corporis cōparatiōe est frigiditatis pauce. sanguinis vero ꝯparatōe ꝛ colere rubee ē frigidū Et est naturaliter album. Et dicitur istud fleuma dulce/extenso hoc nomine dulce ad omnes sapores delectantes gustū:quia alio modo istud fleuma naturale non est dulce:cum sit insipidū aquosum: et sapori aque multū ꝓpinquū. Et non fecit natura isti fleumati ꝓpriuȝ receptaculum:sicut colere ꝛ melancolie fecit. sed fecit ipsum transire cum sanguine vt tempore necessitatis vertatur in sanguinē:quia h3 similitudinē ꝓpinquā sanguini. Et istius fleumatis due sunt necessitates/ꝛ vna vtilitas. Prima necessitas est vt sit iuxta mēbra ad hoc vt operentur in eo eoꝝ virtutes/ꝛ coquant ꝛ digerant ꝛ nutriant ex eo cum membra amiserint nutrimentum quod consueuit venire ad ipsa/quod est sanguis bonus ꝓpter retentōnem materie sanguinis qué quidē retentio a stomacho ꝛ epate fit ꝓpter aliquas causas accidentales. Secunda necessitas est vt misceatur cū sanguine:ꝛ reddat ipsum aptum ad nutriendū membra fleumatica ꝓ cōplexionuȝ: sicut cerebꝝ ꝛ nucham/in quoꝝ sanguine ea nutrituro notabilē fleumatis partem esse oportet. Utilitas vero eius est vt humectet iūcturas ꝛ membra que multū mouentur ne desiccentur propter calorem qui prouenit ex motu ꝛ confricatiōe. Fleuma vero īnaturale potest diuidi p̄mo ex parte substantie. Et sic quoddā est muscillaginosum: ꝛ est fleuma ꝑm sensum diuersuȝ in subtilitate ꝛ grossicie in suis partibus. Et dicitur muscillaginosum ꝓpter similitudinē quā habet cū muscillaginibus extractis a seminibus. Aliud est fleuma grossum/ quod apparet equale in substātia. id est in subtilitate ꝛ grossicie ꝑm iudicium sensus. sed scd̄m veritatem diuersum est in suis partibus:ꝛ dicitur fleuma crudum. Et istud multiplicatur in stomacho ꝛ intestinis. Et propter ipsius expulsionē a stomacho precepit ypocras fieri vomitum in mense bis. Et ad eius expulsionez ab intestinis statuit natura coleram defluere a cisti stellis ad intestinum ieiuniū. ꝛ consequenter ad alia inferiora quatenus abstergeret illud fleuma ab orificijs intestinoꝝ:ꝛ faceret ip3 descendere cum fecibus Multiplicatur etiam interdum in venis:specialiter in senibus ꝓpter diminutōnez digestionis:ꝛ illic moram trahens paulatim augetur ꝛ ingrossatur/ ꝛ cum ab eo tandem grauetur natura ꝛ non possit ipsum per venas

expulsionis ordinarias expellere faciens de possibilibus quod meli
us est elongat ipm a corde:et alijs membris intrinsecis/et mittit ad
extrema.et specialiter ad tibias.quia sua grauedine naturaliter ten
dit ad inferiora. Et ista est causa quare tibie senum inflantur infla-
tione relinquente foueam post impressionem digiti/specialiter circa
noctem et in pinguibus et solitis nutriri humidis. Aliud est fleuma
valde subtile. et e fleuma aquosum simile aque aliqualiter inspissate
et sepe inuenitur in saliuis et sputis male digerentium et nimis biben-
tium/et a cerebro ad nares distillare solet in principio corisarum: et cum
per decoctionem ingrossatur conuertitur in fleuma grossum aut muscil
laginosum. Aliud est fleuma valde grossum album:vocatum gipseum
et est fleuma cuius subtile fuit resolutum propter nimiam moram eius
in iuncturis et grossum remansit quasi lapidificatum. Et illud fleu-
ma facit podagram nodosam fere insanabilem. Aliud est fleuma vi
treum/et est fleuma spissum grossum simile vitro liquefacto in colore
viscositate et pondere. Secundo diuiditur fleuma innaturale ex parte
saporis. Nam quoddam est fleuma dulce quod fit ex admixtione san
guinis cum fleumate. Et sub isto etiam continetur fleuma vnctuosum
quod fit ex admixtione vnctuositatis sanguinis cum fleumate. Aliud
est fleuma insipidum factum ex cruditate/sicut quoddam fleuma vi-
treum. Aliud est fleuma salsum/factum ex admixtione colere. Et istud
est magis mordax siccius et lenius ceteris speciebus fleumatis propter
coleram quam suscipit in se que sicca existit leuis et acuta. Et hoc fleu
ma sepe reperitur in fleumaticorum stomachis potantium sepe vina for
tia et vtentium salsis et acutis:et adherens stomacho causat interdum
sitim clamorosam:et diu currens per intestina quandoque excoriat ea:
et inducit dissinteriam:et in ano frequenter inducit fortem tenasmonem
Aliud est fleuma acetosum quod fit quandoque propter melancoliam
acetosam sibi admixtam. Et quandoque fit propter ebullitionem que
accidit fleumati sicut accidit succis dulcibus fructuum qui primo ebul
liunt et postea acescunt. Et istud fleuma sepius apparet in stomacho
male digerentium quam in alijs partibus. Nam ad os stomachi natura-
liter profluit melancolia ad desiderium suscitandum que deorsum ca
dens quandoque fleumati mixta reddit ipsum acetosum. et hoc cogno-
scitur per ructus accidos:et interdum fleuma tale generatur in stoma
cho per viam ebullitionis a debili calore ex chilo. Aliud est fleuma
ponticum quod quandoque causatur propter admixtionem melanco
lie pontice. Et istud raro reperitur propter raritatem melancolie
pontice. quandoque vero causatur propter vehementem infrigidatio-
nem eius:qua humiditas eius congelatur et aliqualiter ad terrestrei-
tatem alteratur:et non superuenit ei calor debilis qui faciendo ipsum

e bullire: conuertat ipsum in acetositatem necq; calor fortis qui digerat ipsum z conuertat ipsum in sanguinem. ¶ Colere vero species similiter due sunt/ scilicet naturalis z innaturalis. Colera naturalis est spuma sanguinis: cuius color est rubeus: clarus. id est citrinus in vltimo gradu citrinitatis / sicut capilli safrani. Et est leuis acuta. et quanto magis fuerit calida: erit maioris rubedinis. Et ista colera post quam generata est in epate diuiditur in duas partes. Quarum vna transit cum sanguine ad venas: z alia pars transmittitur ad bursaz fellis. Pars autem illa colere que transit cum sanguine penetrat cum eo causa necessitatis z causa vtilitatis. Necessitas est vt misceatur cuz sanguine ad nutriendũ membra colerica. Et vtilitas est vt subtiliet sanguinem z faciat ipsum penetrare in venis. Pars autem illa que transit ad bursam fellis transit illic etiam propter necessitatem z vtilitatẽ. Necessitas est duplex/ quedam est necessitas corporis totius: scilicet mũdare ipsum a superfluitatibus colericis. Alia est respectu burse fellis: et est nutrire ipsam. Utilitas etiaz duplex est. Una ẽ abluere intestina a fecibus z fleumate viscoso adherente eis. Altera ẽ pungere intestina z musculos ani: vt sentiant quod est eis nociuuz z emittant egestiõem. Et huius rei signum est quod colica sepe accidit propter opilatiõẽ factam in foramine/ quod procedit a bursa fellis vsq; ad intestina. Colera vero innaturalis duplex est. Nam vna est innaturalis propter causam extrinsecaz/ que ei admiscetur. Alia est innaturalis propter causam in se: quia substantia eius non est naturalis Colera innaturalis propter causam extrinsecam/ alia est scita z famosa. z est illa cui fleuma admiscetur. Et dicitur famosa siue etiam nota: quia sepissime generari solet. et ex hac colere specie fit tertiana nota. Alia est que ẽ minoris fame. z est illa cui melancolia est admixta. Colera vero famosa vel est citrina z generatur ex admixtione fleumatis subtilis cum colera naturali. Uel est vitellina similis vitellis ouorum z generatur ex admixtiõne fleumatis grossi cũ colera naturali. Colera vero minoris fame fit duobus modis/ vnus ẽ quãdo colera in se aduritur et fit cinis a quo non separatur pars subtilis colere: sed cum eo miscetur. z hec colera est peior. Alius est vt melancolia colere de foris adueniens cum ea misceatur. z hec colera est melior alia. z est eius color rubeus: sed non clarus nec floridus. imo est magis similis sanguini venali. Colere vero innaturalis in propria substantia siue alterius hũoris commixtiõne Alia ẽ que sepius generatur in epate pro hoc quod subtile quod ẽ in sanguine aduritur z transit in colerã z grossum in melancoliã. Alia ẽ que in stomacho magis generatur ex cibis malis nõ digestis sed corruptis. Uel generatur in venis ex hũoribus

alijs. Et istius colere due sunt species. Nam quedam est prassina similis colori prassu nigri que generatur ex vitellina quādo aduritur. nam adustio facit i colera vitellinā nigredinē: qua cōmixta cū citrinitate generatur color viridis. Alia est eruginosa similis in colore eruginis eris. et generatur ex prassina quādo prassina tm̄ aduritur donec siccetur eius humiditas et incipiat redire ad albedinem ꝑpter suam siccitatē. Et iste due vltime colere male sunt et venenose. eruginosa tamen peior est. Melancolie vero species similiter due sunt scz naturalis et inaturalis. Naturalis est fex boni sanguinis et turbulentia et sūpfluitas: cuius sapor est medius inter dulcedinē et ponticitatē. Et ista melancolia cum generata est in epate partitur in duas partes. Quaꝝ vna penetrat cum sanguine et manat cum eo ad venas. Alia transmittitur ad splenem. Prima pars penetrat cum sanguine ꝓpt necessitatem et vtilitatem. Necessitas est vt misceatur cum sanguine ad nutriēdū membra melancolica frigida et sicca sicut ossa. Utilitas est vt fluxibilitatē sanguinis nimiā coerceat et vigoret corpulentiam eius et cōdēpset donec fiat pars solida membroꝝ duroꝝ que debet nutrire. Alia pars qua sanguis non indiget vadit ad splenē propter necessitatē et vtilitatem. Necessitas est duplex. vna est ſm totum corpus scz ipsum a supfluitate melancolica mūdare. Alia est ſm splenē scz ipsum nutrire. Utilitas vero ꝓcedit ex ea ꝓpter hoc qꝛ ipsa profluit ad orificiuz stomachi exꝓmendo humiditates quas illic iuenit sicut mulier mulgendo exprimit digitis lac ab vberibus vacce. Et hec vtilitas est duobus modis. Uno modo qꝛ ipsa multa cōstringit et inspissat et confortat orificiū stomachi. Secūdo qꝛ facit in ore stomachi cōmotionem ꝓpter acredinem eius: et excitat famem et facit desideriuz. Melācolia vero inaturalis est sicut res adusta: vel cinis respectu alioꝝ humoꝝ. Et eius quatuor sunt species famose / lz plures sint nō famose. Prima est que est cinis colere. et est illud qđ aduritur de colera / et hec species est amara. Secunda est que cinis fleumatis / et illud quod fuit adustum ex fleumate: et si fleuma quod adustum est fuerit valde subtile et aquosum: tunc melancolia ex eo genita erit salsa in sapore. Si autem fuerit fleuma grossum quod aduritur tunc cinis eius aut melancolia ex eo generata tendit ad acetositatē aut ponticitatem. Tertia est que ē cinis sanguinis: et illud qđ adustū est ex sanguine. et hec melācolia est salsa paꝝ trahens ad dulcedinē Quarta est que est cinis melancolie naturalis. Et si melancolia naturalis ex qua fit fuerit subtilis: tūc erit multū acetosa: et cū effunditur sup terrā ebullit. et eius odor est acris: et ab eo fugiūt musce et aīalia. Si vero talis melancolia naturalis ex qua fit fuerit grossa erit minoris acetositatis cum pauca ponticitate.

De sanguineis.

Natura pingues isti sunt atq3 iocantes:
Semper rumores cupiunt audire frequentes.
Hos venus & bachus delectant fercula risus.
Et facit hos hylares: & dulcia verba loquentes:
Omnibus hi studiis abiles sunt & magis apti.
Qualibet ex causa nec hos leuiter mouet ira.
Largus: amans: hylaris: ridẽs: rubeiq3 coloris.
Cantans: carnosus: satis audax atq3 benignus.

¶ Hic ponit autor signa p q̃ cognoscere possumus hoīe3 sanguinee ꝯplexionis. Quoꝝ pͣmū est ꝙ sanguineus ē naturaliter pinguis. Et nō debemus intelligere ꝙ sanguineus sit pinguis pinguedine ꝓprie accepta: qꝛ talis significat sup̱frigiditatē ꝯplexionis/ vt vult Auicē. secūda pͣmi. doctrina tertia. ca. iij. Sed est pinguis pinguedie extēsa ad multā carnositatē: qꝛ est multū carnosus. Uult em̄ Auicē. loco p̄ allegato/ ꝙ multitudo carnis rubee cū decenti firmitate & n̄ laxitate eius significat ꝯplexionē calidā & hūidā: qualis est sanguinea. Et rō est: qꝛ multitudo carnis rubee attestaꝛ sup̱ fortitudine ỽtutis assimilatiue: & multitudine sanguis q̃ vigent & inualescūt calido & hūido/ teste galieno. scd̃o ꝯplexionū dicente. Multitudo aūt carnis a multitudine sanguis generaꝛ. Calidū ỽo ꝑfecte digerēs & assimilās carnis soliditatē opatur. Dicit etiā auic. loco p̄allegato/ ꝙ oēe corpus carnosu3 sine multitudine pinguedinis & adipis ē sanguineū. Et idē vult galienus secunda tegni. canone illo. Hūida ỽo & calida crasis. Secundū est ꝙ ē iocosus. i. ꝓferens ỽba alios ad risu3 ꝓuocantia: vel letus. & hoc ē pp̱ benignitate3 hūoris sanguinei ꝓuocātis hoīe3 ad leticiā & iocunditatē pp̱ spūs claros & ꝑfectos ex sanguine generatos. Tertiū est ꝙ libenter audit fabulatōnes iocosas eade3 de cā. Quartū est ꝙ inclinatus ē ad luxuriā pp̱ caliditatē & hūiditatē ꝓuocantia ad coitū. Quintū est ꝙ talis libenter bonū vinū potat. Sextū est ꝙ libenter comedit bona cibaria/ quoꝝ cā pōt esse: qꝛ talis appetit similiora ꝯplexioni eius q̃ sunt bona vina & bona cibaria. Septimū est ꝙ talis de facili ridet. Cuiꝰ cā est: qꝛ sanguis ꝓuocat ad risu3. Octauū est ꝙ talis est hylaris. i. hylarē faciem amabilē & iocunda3 habens ꝓpter viuacitatē coloris & formositatē ꝯplexionis ex ꝯplexione sanguinis. Nonū est ꝙ talis ꝓfert dulcia verba pp̱ amicabilitatem nature sanguinis. Decimū est ꝙ talis est aptus oībꝰ artibus. id est de facili pōt addiscere quālibet artem pp̱ viuacitatē & ꝑspicacitatem ingenij eius. Undecimū est ꝙ talis nō facile irascitur. & istud

ꝓuenit propter humiditatē hebetantem feruorem colere ꝓuocātis
ad iram. Deinde textus in duobus vltimis versibus repetit aliquā
signa dicta/ ꝛ aliqua addit. Primū est ꝙ sanguineus est largus non
auarus sed liberalis. Secundū est ꝙ talis est amans siue amorosus
Tertiū est ꝙ talis est hylaris .i. habens vultū iocundū. Quartuꝫ est
ꝙ talis quasi semꝑ videtur ridere/ quoꝝ oīm cā est benignitas san-
guinis ad ista ꝓuocantis. Quintū est ꝙ talis est rubei coloris. Vult
enī Auic. loco ꝑallegato ꝙ color cutis rubeꝰ significat multitudinē
sanguinis. Et debet istud intelligi de colore rubeo cum quodā splen
dore/ ꝛ nō de rubeo fusco qualis reperiri solet in vultibus horū qui
libenter ꝛ abunde bibunt fortia vina: ꝛ vtuntur salsis ꝛ speciebꝰ acu
tis: quia talis significat lepram futuram. Sextuꝫ est ꝙ talis libenter
cantat vel audit cantare propter letum eius animū. Septimū est ꝙ
talis est carnosus ꝑpter causam prius dictam. Octauuꝫ est ꝙ talis
est satis audax ꝑpter caliditatem sanguinis que est causa audacie.
Nonū est ꝙ talis est benignus ꝑpter sanguinei hūoris bonitatē

Est et humor colere qui competit impetuosis
Hoc genus ē hominū cupiens precellere cūctos
Hi leuiter discunt. multū comedūt. cito crescunt
Inde magnanimi sunt largi summa petentes
Hirsutus: fallax: irascens: prodigus: audax
Astutus: gracilis: siccus: croceiqꝫ coloris

¶ Hic autor ponit quedā signa ꝑ que cognoscere possumꝰ hominē
colerice ꝯplexionis. Primū est ꝙ colericus ē impetuosus .i. faciens
cū impetu. Cuius cā est qꝛ superfluus calor q̄ est in colerico mouet ad
impetū. Et ergo etiā vult Auicē. scđa ꝑmi. doctrina tertia. cap. iij. ꝙ
opatōnes excessiui motus significāt caliditatē. Secūdū est ꝙ talis
est cupidus honoris ꝛ appetit esse in ꝑmis sedibus ꝛ ꝑcellere cūctos
alios. Cuius cā est qꝛ superfluus calor ꝓuificat aīm ad arrogantiaꝫ ꝛ
temeritatē. Tertiū est ꝙ isti cito discūt ꝛ hoc ꝑꝑ subtilitatē humoris
colerici ꝛ eius caliditatē. Et ergo etiā dicit Auicē. loco ꝑallegato ꝙ
intellectus ꝓmptitudo ꝛ viuacitas ad intelligentiā significat calidi
tatē ꝯplexionis. Quartū est ꝙ isti multū comedūt: qꝛ in ipsis fortior
est calor digerens: ꝛ maior resolutio ꝙ̄ in alijs corꝑibus. Quintū est
ꝙ isti cito crescunt/ id est perueniunt ad augmentū. ꝛ hoc ꝑpter for-
titudinem caloris naturalis in eis qui causa est augmenti. Sextum
est ꝙ isti sunt magnanimi. id ē non potentes tolerare iniurias. ꝛ hoc
ꝑpter caliditatem in eis. Et ergo dicit Auicenna loco ꝑallegato/ ꝙ
parum pati ab vnaquaqꝫ re. id est patienteꝫ se reddere significat ca

liditatem. Septimū ē q̄ isti sunt largi/ ꝛ hoc respectu illoꝝ a quibus honores accipere possunt. Octauū est q̄ isti appetunt summa. id est summas dignitates ꝛ officia ꝑpter causam secundi signi. Nonū est q̄ colericus est hirsutus/ id est pilosus. ꝛ habens multos crines propter caliditatem aperientem poros: ꝛ mouentem materiam piloꝝ ad cutem. Et dicit hirsutus quasi hircos sequens: quia inter omnia animalia bruta hircus habet longiores crines. Decimū est q̄ ipse est fallax. id est deceptorius. Undecimuꝫ est q̄ ipse est irascens. id est de facili irascitur propter caliditatem. Et ergo dicit Auicenna loco preallegato q̄ ira frequens ꝛ a leui causa significat caliditatē. et hoc est propter facilitatem cōmotōnis colere ꝛ ebullitōnis sanguinis circa cor. Duodecimū est q̄ ipse est prodigus/ quia largus est i exponēdo propter honores habendos. Decimumtertiuꝫ est q̄ talis est audax/ quia audacia etiam prouenit propter nimiaꝫ caliditatem ꝛ maxime cordis. Decimūquartuꝫ est q̄ ipse est astutus. id est cautus. Decimū quintum est q̄ talis est gracilis. id est non grossorum mēbroruꝫ: neq̄ multe carnis propter superfluam caliditatem vehementer resoluentem. Decimūsextum est q̄ talis est siccus/ id est macer propter siccitatem complexionis. Decimūseptimū est q̄ talis est crocei coloris/ id est citrini. Et ergo dicit Auicen. loco preallegato. q̄ color subruffus significat colere dominiū.

Fleuma vires modicas tribuit latosq̄ꝫ breuesq̄ꝫ
Fleuma facit pigues sanguis reddit mediocres
Ocia non studio tradūt sed corpora somno
Sensus: ebes: tardus: motus: pigricia: somnus
Hic somnolentus: piger: in sputamine multus
Est huic sensus ebes: pinguis: facit color albus

¶ Hic ponit actor aliqua signa complexionis fleumatice. ¶ Primum signum est paucitas virium. Fleumatici enim paucas vires habent propter paucitatem caloris naturalis a quo omnis vis habet exordium. ¶ Secundum est q̄ fleumatici sunt lati et breues q̄a in eis est paucus calor naturalis non sufficiens extendere corpus in longum. extendit igitur corpus secundum latum. ¶ Tertium est q̄ fleumatici sunt pingues propter eorum frigiditatem et humiditatem. ¶ Et ergo dicit Auicenna loco preallegato q̄ pinguedo vel adeps superflua significat excessum frigiditatis et humiditatis et complexionem corporis frigidā ꝛ huidā q̄ꝛ sanguinis vnctuositas que est vtriusq̄ꝫ materia; vt dicit Galienus cuꝫ resudat a venis et ob

uiat membris frigidis vel remisse calidis coagulat eorū frigiditate v' remissa caliditate et fit pinguedo. vt vult Galienus scdo cōplexionū Et postea subdit hic textus ꝙ sanguinei sunt mediocres supple in longitudine et breuitate. Quartū est ꝙ fleumatici magis ad ocia inclinant ꝙ͞ ad studia pp frigiditatē mouētē ad ocia et pigriciē. Quintum est ꝙ multū dormiūt et hoc ē ꝑpter multā humiditatē eoꝝ ⁊ ēt ꝓuenit multus somnus ꝑpter frigiditatē. vt innuit auic. loco preallegato. Sextum est ꝙ fleumatici sunt duri ingenij quia sicut viuacitas intellectus et ꝑspicuitas ingenij ꝓueniunt ꝑpter naturalem caliditatem ita ebetudo intellectus et duricies ingenij ꝑpter ꝯrium. s. frigiditatem. Septimū ē ꝙ fleumatici sunt tardi motus. et hoc etiā est pp frigiditatem q̄ facit motū tardū sicut caliditas velocē. Octauū ē ꝙ sunt pigri. Nonū ꝙ sōnus in eis est lōgus quoꝝ cā eadē ē cū predicta. Postea ponunt duo alij versus recolligentes signa p̄dicta cum quibusdam alijs. Primū est ꝙ fleumaticus est sōnolentus. i. inclinatus ad multū somnū. Scđ3 ē ꝙ ip̄e est piger. i. tardus ad oēm operationem. Tertium ē ꝙ est multi sputi pp humiditatē in eo abūdātem multiplicatiuā sputi. Quartū ē ꝙ talis est obtusus in sensibꝰ et nedū in sensibus imo etiā in intellectu. Quintū est ꝙ talis est pinguis. Sextum est ꝙ talis est albus in facie. Albedo enim cutis ⁊ maxime faciei signū est priuationis sanguinis aut paucitatis eius cum frigiditatē. vt dicit Auicenna loco preallegato.

Restat et adhuc tristis colere substantia nigre
Que reddit prauos pertristes pauca loquentes
Hi vigilant studiis nec mens est dedita somno.
Seruant propositum sibi nil reputant fore tutū
Inuidus et tristis/cupidus/dextreq3 tenacis
Non expers fraudis/timidus/luteiq3 coloris

¶ Hic actor ponit aliqua signa complexionis melancolie. Primu3 est prauitas melancolia enim reddit homines prauos ⁊ maloꝛū morum quēadmodū sunt qui seipsos interficiunt. Scđm est multa tristicia. melancolici enim multum tristes sunt vt plurimū propter spiritus melancolicos turbidos et tenebrosos sicut homines leti sunt ꝑpter spirituū claritatē. Tertiū est taciturnitas. melācolici eī taciti sunt et paucoꝛū verboꝛū pp frigiditate3 sicut nimia garrulitas ꝓuenit ꝓpt̄ ocaliditatem. Quartum est ꝙ melancolici sunt apti studio quia semper cupiunt esse soli. ¶ Quintum est ꝙ tales sunt in somnolenti nec bene dormiunt propter nimiam siccitatem cerebri et propter fumos melancolicos commouentes in eis somnia valde horri

bilia quibus excitantur a somno. ¶ Sextuz est ꝙ tales sunt tenacis ꝓpositi.i.pertinaces: vt cum aliquid in mente habent diu retinent. ⁊ difficulter placabiles sunt. ⁊ hoc ꝓuenit ꝑpter siccitatē eoꝝ que nō sunt ꝓpositum cito mutari. ¶ Septimū est ꝙ melancolici nihil reputant eis esse tutum: imo semꝑ timent. ⁊ hoc est ꝑpter spirituuz tenebrositatez. ¶ Postea in duobus vltimis ꝟsibus ponūtur aliqua ex signis predictis ⁊ aliqua adduntur. Primū est ꝙ melancolicꝰ est inuidus. Secūdū est ꝙ est tristis Tertiū est ꝙ ē auarus. Quartum ē ꝙ est tenax.i.nihil volēs exponere ⁊ male soluens. Quintū est ꝙ est fraudulosus simplex ⁊ ꝑpterea hoies melancolici sunt deuoti multum legentes ieiunantes ⁊ alias multas abstinentias facientes. Sextum est ꝙ est multū timidꝰ. Septimū est ꝙ est lutei coloris.i. terrestris siue fusci coloris. Color eñ fuscus ⁊ maxime si viriditati approximat significat dominuz melancolie ꝺm Rasim secūdo almasoris in principio

Hi sunt humores qui prestāt cuiqz colores
Omnibus in rebus ex fleumate fit color albus.
Sanguine fit rubeus colera rubea quoqz ruffus
Si peccet sanguis facies rubet extat ocellus.
Inflātur gene corpus nimiūqz grauatur.
Est pulsusqz frequēs plenꝰ mollis dolor ingens
Maxime fit frontis ⁊ constipatio ventris.
Siccaqz lingua sitis ⁊ somnia plena rubore
Dulcor adest sputi sunt acria dulcia queqz.

¶ In hoc textu primo ponit colores consequentes cōplexiones. Et dicit ꝙ fleumaticus est albi coloris/ sed colericus est ruffi coloris/ et sanguineus rubei. ⁊ de malancolico dicit in fine ꝓcedentiū versuum Et de istis omnibus dictū est prius. Secundo ponit tredecim signa suꝑabundātis sanguinis. Quoꝝ primū est ꝙ facies est rubea ꝑpter ascensum sanguinis ad caput ⁊ faciem. Secundum est ꝙ oculi plus videntur exire solito ꝑpter extensionem quam facit sanguis multiplicatus. Tertiū est ꝙ gene inflantur ꝑpter similem causam. Quartum est ꝙ corpus totum grauatur quia natura suppedita ⁊ nō sufficiens regere humores ⁊ sustentare debite corpus. Quintū est ꝙ pulsus fit frequens ꝑpter caliditatem quam inducit sanguis multiplicatus. Sextum est ꝙ pulsus est plenus ꝑpter multitudinem vapoꝝ calidorum ⁊ humidorū. Septimū est ꝙ pulsus est mollis ꝑpter humiditatem nimiā mollificantem arteriam. Octauū est ꝙ dolor fit in

fronte/ꝛ hoc ꝑpter sanguinem multiplicatum in rhetl mirabili. Nonum est ꝙ venter constipatur.id est durus fit/nec bene assellans ꝑpter caliditatem nimiam exsiccantē feces. Decimuȝ est ꝙ lingua fit sicca ꝑpter similem causaȝ. Undecimū est ꝙ sitis est magna ꝑpter exsiccatōnem orificij stomachi ex nimia caliditate. Duodecimuȝ est ꝙ fiunt somnia declinantia ad rubedinem. Et istud vult Auicenna secunda primi.doctrina tertia.capitulo septimo dicens. Et somnia que illud significant scilicet abundantiam sanguinis sunt/sicut cum homo in somnijs res videt rubeas/aut sanguinē multuȝ ex suo corpore exire/aut se in sanguine natare ꝛ similia. Decimūtertium est ꝙ sputum est dulce ꝑpter sanguinis dulcedinem. ¶ Notandum circa istud ꝙ sicut hic ponūtur signa superabundantis sanguinis/ita q̇dā etiam ponunt signa suꝑabundantie aliorum humoꝝ sub quibusdā versibus. Signa quidem suꝑabundantis colere sub istis versibus. Accusat coleram dextre dolor aspera lingua. Tinnitus vomitusqꝫ frequens vigilantia multa. Multa sitis/pinguis egestio/torsio ventris. Nausea fit/morsus cordis/languescit orexis. Pulsus adest gracilis/durus/veloxqꝫ calescens. Aret:amarescit:incendia somnia fingit. Signa vero superabundantis fleumatis sub istis versibus. Fleuma supergrediens proprias in corpore leges. Os facit insipidum/fastidia crebra/saliuas. Costarum stomachi simul occipitisqꝫ dolores Pulsus adest rarus ꝛ tardus mollis ianis. Precedit fallax fantasmata somnus aquosa. Signa vero suꝑabundantis melancolie sub his versibus. Humorum pleno dum fex in corpore regnat. Nigra cutis/durus pulsus:tenuis ꝛ vrina. Sollicitudo timor ꝛ tristicia somnia:tempus. Accrescet rugitus/sapor ꝛ sputaminis idem. Leuaqꝫ precipue tinnit ꝛ sibilat auris.

Denus septenus vix fleubothomū petit annus.
Spiritus vberior erit per fleubothomiam.
Spiritus ex potu vini mox multiplicatur.
Humorumqȝ cibo damnū lente reparatur.
Lumina clarificat sincerat fleubothomia.
Mentes ꝛ cerebruȝ:calidas facit esse medullas.
Viscera purgabit:stomachū ventrēqȝ coercet.
Puros dat sensus:dat somnuȝ:tedia tollit.
Auditus vocem vires ꝑducit ꝛ auget.

¶ In hoc textu actor loquitꝛ de fleubothomia.et primo ostendit etatem requisitaȝ ad fleubothomiā dicens ꝙ annus decimusseptimus

vir petit fleubothomiā. Et pro isto dicit Galienus. xi. de ingenio q̄ pueri non debēt fleubothomari nisi habeant quatuordecim annos ad minus. Et causa est quia corpora puerorū sunt faciliter resolubi lia a calore extraneo. et ideo debilitantur multū ex euacuatione for ti facta per fleubothomiā. Item quia indigent nutrimento duplici d causa scilicet propter nutrimentū et augmētū. ideo minutio sangui nis non competit eis. Item quia facile dissoluuntur a calore extra neo sufficit q̄ ab eis dissoluitur quare nō indigent fleubothomia Et circa istud sciendum q̄ sicut fleubothomia non conuenit pueris pre dictis sed cauenda est. ita etiam est cauenda in magna etate scilicet senij. vt vult Galienus nono mega tegni q̄a scd̄m Galienum et haly tertia tegni in cōualescētib⁹ et senibus ē pauc⁹ sanguis bon⁹ ꝛ mul tus malus. Fleubothomia igitur rapiet bonū et dimittet malū vt innuit auic. quarta primi. cap̄. vicesimo de fleubothomia. et ideo in talibus nō competit fleubothomia. Secūdo ponit nocumentū fleu bothomie. et ē q̄ spūs vberiores exeunt per fleubothomiā. Cuius ratio pōt eē quia cū multa euacuatione sanguinis que fit per fleu bothomiā: necesse ē etiā multitudinē spirituū euacuare. Tertio tan git remedia per q̄ spūs emissi refocillantur: et iterato multiplicātur. Et dicit q̄ ex potu vini subito regenerant spiritus. q2 oīm subito nu trientium maximum est vinum. vt prius dictum est. Et spiritus eti am regenerantur et refocillantur ex cibo. sed hoc fit lente: et non su bito sicut ex vino. Et cibus qui debet dari erit digestibilis: et multi sanguinis generatiuus. sicut oua sorbilia. Et similia. Et circa istud sciendum est q̄ licet cibus regeneret spiritus post fleubothomiā. ta men debent cauere patientes a multo cibo in prima et secunda die. Unde dicit ysaac in dietis. Cibus est eis minuendus: et potus augē dus. scilicet respectu cibi. non tamen respectu sue consuetudinis im mo minus debent bibere q̄ꝫ ante fleubothomiam. quia virt⁹ digesti ua debilior est. Quarto ponit actor vndecim iuuamenta fleubotho mie debite facte. Primū est q̄ temperata confortat visum. quia mi nuendo humores etiam minuit effumationem ad caput: et repletio nem eius offuscantes visum. Secundum est q̄ clarificat et sincerat mentem et cerebrum propter similem causam. Tertium est q̄ cale facit medullā. quia minuit supfluitates que ad eam venientes ipam infrigidant. ¶ Quartum est q̄ purgat viscera id est interiora. quia exonerata natura a sanguine humores crudos in īterioribus con tentos melius digerit. ¶ Quintum est q̄ fleubothomia restringit vo mitum et fluxum ventris. quia diuertit humores ab interioribus ad exteriora. Et istud etiam vult Auicenna in dicto loco prealle

gato dicēs. Amplius fleubothomia ppterea q ad diuersum trahit naturā scdm plurimū retinet. Et istud maxime verum est quando fleubothomia fit de venis brachij. Nā fleubothomia facta de venis pedū non sic retinet. Potest tamen per accidens ɔtingere q ad fleubothomiā sequatur maior fluxus ventris. z hoc dupliciter. Primo quia ex fleubothomia facta tollitur onus nature tūc enim virtus cōfortata aliquādo prouocat alias euacuationes. Secundo si fluxus ventris fiat ex multa debilitate virtutis contētiue. tunc enim quia ex fleubothomia debilitatur virtus magis augebitur fluxus ventris. Sextum est q fleubothomia facit puros sensus quia minuit euaporationē ad caput vñ turbatur sensus. Septimū est q ipa iuuat somnum impeditum. qr per ipam euacuantur humores plurimi a quib9 eleuantur vapores acuti et diuersi impedientes sōnum. Octauum ē q ipsa tollit tedia et grauitates nimias. qr per ipsam virtus exoneratur a suo grauamine. Et etiam educto per ipam sanguine educitur simul melancolia fex sanguinis que inducit tedia et grauitates. Nonum est q ipsa confert auditui: quia per ipam diminuūtur vapores z humores ascendentes ad caput impediētes auditum. Decimū est q ipa confert voci. qr per ipam diminuuntur supfluitates z humiditates que possent peruenire ad pectus vel cannā pulmonis: et impedire vocem. Undecimū est q ipsa auget vires. qr per ipam corpus a suo grauamine exoneratur. quare virtus augmētatur

Tres insunt istis Mayus September aprilis
Et sunt lunares sunt velut ydra dies
Prima dies primi postremaq3 posterioru3
Nec sanguis minui nec carnibus anseris vti
In sene vel iuuene si vene sanguine plene
Omni mense bene confert incisio vene
Hi sunt tres menses/mayus/september/aprilis
In quibus eminuas vt longo tēpore viuas

¶ In hoc textu actor tria facit. Primo dicit q isti tres menses scilicet Mayus Septēber et Aprilis sunt menses lunares. et in eis sūt dies prohibiti ad fleubothomiā videlicet prima dies maij: z vltima septembris et aprilis. Et istud cōmunes dicunt. Uerūtamen est dictum fictū nec alicuius valoris: imo predicti dies possunt eē ita boni et electi/sicut et alij scz3 q diuersa cōstellatio in eis potest esse. Et subdit actor q in talibus diebus nulli vesci debent carnib9 anseris quod etiā falsum est et erroneum et magis sortilegio attribuendum Et forte actor istud habuit a iudeis/qui istū ritum obseruant. Scdo

dicit q senex a senectute et non a senio/ ⁊ iuuenis venas plenas habentes sanguine: minui possunt omni mense. quia.isti non faciliter resolubiles sunt/nec in eis solum paucus est sanguis bonus: immo multus. ¶ Tertio dicit q incisio vene pro regimine sanitatis custodiendo: debet fieri in aliquo istoꝝ trium mensiũ qui sunt/mayus/septembris/⁊ aprilis. Differenter tamen: quia in aprili et mayo debet incidi vena epatis propter multiplicatõnem sanguinis eo tempore cum sit tempus vernale. ⁊ in septembri vena splenis ꝓpter melancoliam: que tunc habet multiplicari/cum sit tempus autũnale.

Frigida natura: frigens regio: dolor ingens.
Post lauachꝛuꝫ coitũ minor etas atqꝫ senilis:
Morbus prolixus: repletio potus ⁊ esce.
Si fragilis vel subtilis sensus stomachi sit.
Et fastiditi tibi non sunt fleubothomandi.

¶ Hic autor ponit duodecim que impediunt fleubothomiam. Primũ est frigiditas cõplexionis. Cum eñ ſm Galienũ in megategni fleubothomia infrigidat/tunc augmentaret frigiditatẽ. Causa aũt quare fleubothomia infrigidat est: quia ſm ysaac in vrinis/sanguis est fundamentũ caloris naturalis. id est illud in quo calor naturalis seruatur. et quia fleubothomia sanguinem euacuat: ideo et calorem naturalem. ⁊ tunc per consequens infrigidat. ¶ Secundũ est regio frigida vehementer/ sub qua debet comprehendi tempus multũ frigidum: quod etiam ꝓhibet fleubothomiaꝫ: quia in regione ⁊ tempe multuꝫ frigidis: sanguis in ꝓfunditate corporis includitur: ⁊ ille qui circa extremitates existit a frigiditate condensatur: ⁊ ineptus fit ad hoc q fluat. ¶ Tertiũ est intensus dolor/sub quo etiam potest ꝯprehendi nimia corporis inflãmatio. quia si in istis accidentibus fieret fleubothomia: sequeretur motus agitatiuus qui ẽ ꝯtrarius nature: cum sit difformis ⁊ maior inflãmatio que etiam est naturam magis debilitãs. Et causa motus agitatiui in dolore intenso est/ qꝛ fit tractus ad diuersas partes. Per fleubothomiã eñ fit tractio ad locuꝫ fleubothomatũ ⁊ ex dolore forti fieret tractio ad locũ doloris. Causa vero maioris inflãmatõis est: quia ex fleubothomia cõmouẽtur humores: quare magis inflãmantur ex motu. Et istud verum est qñ fleubothomia fit parua ⁊ artificialis. Si tamẽ fiat vsqꝫ ad sincopim ꝓdest in predictis casibus: quia ista cum vincit attractõneꝫ doloris non facit motũ agitatiuũ. Et similiter tollit inflãmationẽ cũ nõ sint humores ibi q̃ ꝯmoueant ⁊ calefaciãt ⁊ maiorẽ inflãmatõꝫ inducũt.

Et istud voluit Gallenus in cōmento illius amphorismi.pme parti cule āphorismor que egerūtur cū dixit: qȝ nō est melior medicina in aptante vehementis inflāmatiōis. et siliter in febribus et dolore forti qȝ fleubothomia. ❡ Quartū est balneū/ et maxime resolutiuū. Tale em̄ phibet fleubothomiā: qr tale etiā est euacuatiuū iam natura nō facile tolerat euacuatōnē sup euacuatōȝ. ❡ Quintū est coitus imediate pcedens/ post talem em̄ nō statim dȝ fieri incisio vene: quia ex hoc maxima debilitatio nature sequeretur/ cū p coitū prius natura debilitata sit. ❡ Sextū ē etas maior vel minor qȝ requiritur ad fleubothomiā/ sicut etas infantie et etas senij. put declaratū est pus. Et ista impedimēta tangit auic. loco pallegato dicens. Tibi quoqȝ cauere debes a minutōne in ꝯplexione vehementis frigiditatis: et in regionibus fortis frigiditatis: et in hora fortis doloris: et post balneum resolutiuū: et post coitū: et in etate q̄ est mior duodecim ānis. et in etate senū/ qȝtomagis poteris nisi in figura ꝯfisus fueris: et i soliditate musculor et venar amplitudine et ear repletōne et coloris rubedine. Et vlterius subdit/ hos nāqȝ ex adolescētibus et senibus fleubothomare audebis. Adolescentes tñ ſm ordinem ad fleubothomanduȝ paulatim puehere debes cū pauca minutōne. ❡ Septimū est morbus plixus/ qr tūc ex tali fleubothomia natura dupliciter debilitař: puta a morbo plixo et a minutōne. Et istud est ver ſm Auicē. loco preallegato/ nisi sanguinis affuerit corruptio/ qr si sic fleubothomia potest ꝯuenire. ❡ Octauū est nimia repletio potus. ❡ Nonū est nimia repletio cibi/ sub qua etiā ꝯprehenditur idigestio cibi. Et causa hor est: qr ſm auic. in pmo. attrahentia sunt tria. scȝ vacuuȝ/ calidū/ et tota species. Si ergo vene p fleubothomiā a sanguine euacuarēř cibuȝ indigestū vel supfluū siue potū supfluū a stomacho vel epate attraherent: q̄ indigestus veniens ad membra nō corrigeretur: quia tertia digestio nō corrigit peccatum secunde: sicut nec secūda pme si peccatū sit magnū ppter quod in membra nō ꝯuerteretur: sed ibi remanens possȝ esse causa egritudinis. ❡ Decimū est fragilitas/ id est debilitas virtutis. Fleubothomia em̄ est fortis euacuatio ſm Galienū. secunda amphorismor in cōmento illius: In quo morbo. Sed virtus debilis nō potest pati motū forteȝ. ❡ Undecimū est subtilis sensatio orificij stomachi/ qđ pcordiū dicitur/ qr ex fleubothomia in tali facile sequitur sincopis. Et sub isto etiā ꝯprehenditur debilitas stomachi: et facilis fluxus colere ad orificiuȝ eius inducens ad vomitum facilem colere. Unde in habentibus predicta accidentia nō cōuenit fleubothomia. Per fleubothomiā em̄ humores cōmoti ad os stomachi inducerētur tanqȝ ad locum consuetum: et quia membruȝ

est debile ⁊ impotens illi fluxui resistere. ideo illis multa mala p fleu botbomiā accidunt. Et hec est vna causa quare quandoqꝫ aliqui in fleubotbomia sincopisant. scilicet quia colera ad stomachum fluit: que mordicando stomachum ex compassione cordis ⁊ stomachi sin copin inducit. ¶ Duodecimū est fastidiuz/si em̄ in fastidio fieret fleu botbomia cum vene euacuarentur/traherent ad se materiam malā facientem fastidium. Et plurima istorum sex vltimoꝝ accidentium tangit Auicenna loco preallegato. ¶ Et circa istud est sciendum ꝙ preter predicta accidētia sunt adhuc aliq̄ alia etiā impedientia fleu botbomiam. Quoꝝ primū est alia euacuatio/vt quando est fluxus menstruoꝝ aut emorroidarum/tunc em̄ non debet fieri fleubotbo= mia: ⁊ hoc ad euacuatōnē: licet ad diuertendū fluxum seu materiaz posset fieri. Secundū est corporis siue compositōnis raritas/quia a corporibus raris multuz dissoluitur. ⁊ ideo sufficit ista exsolutio: nec euacuatōne indigent/vt vult Gallienus nono megategni. Tertiū est humoꝝ cruditas et viscositas/tunc em̄ est cauenda fleubotbomia/ quia augmentaretur cruditas humoꝝ. ⁊ propter hoc in morbis lon gis non est facienda fleubotbomia: quia cruditas humoꝝ augmen taretur ⁊ virtus debilitaretur. ⁊ morbus ꝓlongaretur. ⁊ ideo timen= dum esset de casu virtutis. Et propter hoc vult Auicenna ꝙ in mor bis cronicis facienda est farmacia ante fleubotbomiā. ⁊ nō est fleu= botbomia ante facienda: licet vtraqꝫ indigeant patientes. Sed cru ditas humoꝝ potest accidere duabus de causis. Una cā est ꝓpter abundantiam humoꝝ calorem naturalem suffocantiū qui debilita tus ⁊ suffocatus humores crudos generat/⁊ tunc bene cōpetit fleu= botbomia. Unde scdm̄ Alexandrū. secundo libro. capitulo de ydro pisi. Fleubotbomia in principio yposarce competit: cum ꝓuenit ex multitudine sanguinis menstrualis cum ꝓhibeantur fluere men= strua propter causam aliquam: aut ex multitudine sanguinis emor roidalis/quia sicut ignis paruus sub multa lignorū congerie suffo= catur. similiter est de calore innato suffocato humoruz multitudine Secunda causa cruditatis humoꝝ est caloris innati debilitas: vt in illis qui sunt debilis complexionis. ⁊ qui habuerunt longam egritu dinem. ⁊ in senibus/et tunc non competit dicta fleubotbomia. quia per hoc augeretur cruditas: quia sanguis in quo calor ꝯseruatur: ex traheretur. ⁊ ita corpus infrigidaretur ⁊ humores magis incrudarent Debet ergo sanguis dimitti vt humoꝝ cruditatem digerat. Quartū est aeris indebita dispositio/aut nimia caliditas: aut nimia frigidi= tas. quia per caliditatē multā fortis fit resolutio. ⁊ per frigiditatem multā ineptificatio humoꝝ ad fluxum.

Quid debes facere quando vis fleubothomari
Vel quando minuis fueris vel quando minutus
Unctio siue potus lauachrum vel fascia motus
Debent non fragili tibi singula mente teneri.

¶ In hoc passu autor ponit quinqз que debent fieri circa fleubothomiam/aliqua quidem ante fleubothomiã/aliqua in fleubothomia: ⁊ aliqua post fleubothomiã. Primũ est vnctio/que aliquando fit in fleubothomia:sicut vnctio fleubothomi vt dolor leniat᷑. Aliquãdo vero post fleubothomiã vt ꝯsolidatio vulneris retardetur ad hoc vt post fleubothomiã humores relicti in venis aliquaз possint habere respiratiõnem ⁊ fumi aliqui mali exalent. ¶ Secunduз est potus et maxime vini/qui valet in fleubothomia si sincopis accidat. ⁊ etiam valet post fleubothomiã ꝓ regeneratiõe nouoꝝ spirituũ ⁊ noui sanguinis. ⁊ isto modo iam faciunt cões. ¶ Tertiũ est lauacꝝ .i. balneũ quod valet ꝑ duos vel tres dies ante. ⁊ per duos vel tres post fleubothomiã: ⁊ non eodẽ die. Ante quidem si quis timeat ꝙ habeat in se humores grossos: qꝛ balneũ humores dissoluit ⁊ cõmouet eos. et ꝓpter hanc causam etiam ꝯpetit ante acceptio sirupi acetosi: ⁊ motus vt humores dissoluantur ⁊ subtilientur. Et ergo quando debet fieri fleubothomia debet fricari brachiuз: vt humores existentes in venis ꝓpinquis brachio subtilientur ⁊ ꝑparentur ad exeundũ facilius. Post fleubothomiã vero valet/vt reliquie humoꝝ ⁊ vaporum derelicte resoluantur. In die vero fleubothomie non ꝯuenit: quia ꝑ balneum cutis lenis fit/que lenificata percussionẽ factam in fleubothomia fugit. ⁊ hoc est periculum. ¶ Quartum est fascia .i. ligatura cum pannis lineis/que valet post fleubothomiã immediate: ad retinendum fluxum: ⁊ ante fleubothomiaз ad trahendum humores ad locũ vbi queritur fleubothomia: vt ex eo etiam vene ingrossentur et melius videantur. ¶ Quintũ est motus siue ambulatio moderata/ que potest fieri ante vt humores dissoluantur ⁊ subtiliẽtur: ⁊ post ad resoluendum reliquias humorum ex fleubothomia derelictas. Circa predicta sciendum ꝙ communes se faciunt fleubothomare ieiuni sed quibusdã doctoribus melius videt᷑ et conuenientius ꝙ ante fleubothomiam primo vnum ouũ sorbeant molle cũ vno haustu vini circa nonã vel decimã horam ante prandium. et statim postea se fleubothomari faciant. Et huius causa est quia stomacho vacuo natura fortius sanguinẽ retinet ne deficiat in nutrimento. sed cum cibus qui de se multuз nutritiuus est sit in stomacho. cuiusmodi sunt oua sorbilia et vinum: tunc natura melius sanguinem exire permittit.

Exhilarat tristes iratos placat amantes.
Ne sint amentes fleubothomia facit.

¶ In hoc passu autor ponit tres effectus fleubothomie. Primus est quod fleubothomia exhilarat.i.letificat tristem hominem. Secūdus est quod fleubothomia placat iratos. Et cā vtriusque est quia in sanguine quando multa cōmiscetur melancolia fit tristicia. Et quādo multa colera fit ira cum melancolia sit causa tristicie/ et colera ire.iā vterque istorum duorum humorum educitur eductiōe sanguinis: quia ei cōmiscetur. Tertius est quod prohibet amentes ne insaniant/ quia facit humores fluere ad partes exteriores et a capite diuertit. ¶ Pro maiori decla ratiōne sciendū est quod quinque sunt cause propter quas debet fieri fleu bothomia. Quarum prima est directa/ et alie quatuor indirecte. Prima que est directa est/ vt abundantia sanguinis euacuetur: siue abū det sanguis in qualitate siue quantitate siue vtroque modo. Nam secundum Auicennam loco preallegato/ duo genera hominū sunt fleubotho= manda. Quorum vnum est ille modus hominū qui iam parati sunt in cidere in egritudines vt qui habent abundantiā sanguinis in quan titate. Et reliquū genus est genus illorum hominū qui iam egritudinem inciderunt propter humorum siue sanguinis maliciam. Sed differt fleubothomia ista et illa/ quia propter sanguinis abundantiam debet fieri multa fleubothomia. sed si in qualitate peccet siue sit maliciosus tunc competit fleubothomia pauca. Unde secundum Galienum nono me gategni. si sanguis sit malus in corpore debet euacuari paulatiue. Et ideo peccant multū illi qui quando vident sanguinem malū fleu bothomant se quousque videant sanguinem bonum exire: cum forte prius totus sanguis exiret quam bonus exiret. sed debet fieri pauca eua cuatio. et tunc secundum Galienū in casu isto/ priusquam fiat fleubothomia de bet dieta bonum sanguinem generans exhiberi vt loco mali sangui nis: bonus sanguis generetur. et postea debet fieri post modicū tem= pus fleubothomia pauca. et sic deinceps. Ista fleubothomia est di recta: quia fit per se ad euacuatiōnem illius quod per se debet per fleu bothomiā euacuari/ scilicet ad euacuatiōnem plenitudinis humorum siue sanguinis. principaliter tamen secundum quod cum eo sunt alii humores Prima causa indirecta est magnitudo morbi et magnitudo apparē tis vehementis inflāmatiōnis/ quia secundum Galienū in cōmento illius amphorismi que egeruntur etc. Non est melior medicina in aptante vehementis inflāmatiōnis et in febribus et dolore forti quam fleubotho= mia/ vt etiam dictum est ibi. Frigida natura. Secunda causa indire cta est/ vt attrahatur materia ad partem illam per quam debet eua=

cuari materia vnde in retentione mẽstruorum et emorroidarum debet aperiri sophena scdm Gallenũ et Auicẽnã/ vt trahatur materia sanguinis ad inferius Tertia causa indirecta est vt humores trahantur ad locum cõtrariũ illi loco ad quem fluunt humores. et hoc ad diuertẽdum materiam a loco ad quem fluunt humores. vnde in nimio fluxu menstruorum debet fieri fleubothomia de basilica vt trahatur materia ad contrarium locum ad quem declinat et diuertatur a suo fluxu. Et propter hoc in pleuresi sinistre partis debet fieri fleubothomia in parte dextra vt diuertatur materia et attrahatur ad locũ cõtrariũ loco ad quem declinat. Et similiter si sit in parte dextra debet fieri fleubothomia in parte sinistra. Quarta causa indirecta est: vt per fleubothomiã vna porcio materiee euacuetur et natura potentior sit supra residuum. et sic competit fleubothomia quãdo repletio est in corpore ne fiat apostema: quia natura est debilis respectu regiminis illorum humorum. ideo vna portio illius materie est euacuanda ne propter impotentiã nature in regendo illam materiã/ illa materia fluat ad aliquẽ locum debilẽ in quo aggregetur et apostema generet.

Fac plagam largam mediocriter vt cito fumus
Exeat vberius liberiusque cruor.

¶ In hoc passu autor ponit vnũ documentũ de quantitate scissure in fleubothomia. Et dicit quod scissura debet esse larga mediocriter/ vt fumus et grossus sanguis liberius exeant: quia quando scissura est stricta: tunc solum subtilis sanguis exit et grossus remanet. ¶ Circa istud est sciendum quod aliquando in fleubothomia debet fieri vulnus magnũ et aliquando paruũ. Debet autem fieri vulnus magnum tribus de causis. ¶ Primo quia humores sunt grossi. et grossus sanguis est euacuandus vt per illud vulnus magnum sanguis facilius possit exire. et ergo in melancolicis faciendum est magnum vulnus Secundo propter temporis frigiditatem quod humores ingrossat: et ergo in hyeme debet fieri vulnus magnum. Tertio propter abundantiam humorum/ quia tunc melius fit euacuatio per vulnus magnum quam paruũ. Sed vulnus paruũ fit cum est virtus debilis vt de spiritibus et calore minus euacuetur/ et in tempore calido eadem de causa et quando est sanguis subtilis.

Sanguine subtracto sex horis est vigilandum
Ne somni fumus ledat sensibile corpus.

Ne neruū ledas nō sit tibi plaga profunda
Sanguine purgatus non carpas protin⁹ escas.

¶ In hoc passu tangit tria consideranda circa fleubothomiam. Primū est φ fleubothomatus nō debet dormire imediate post fleubothomiā: nisi ad minus transiuerint sex hore. Et huius subdit autor causam ne fumi qui scʒ in somno causātur moti ad caput ledant cerebrum. Alie tamen possunt assignari cause. quarū prīa est ne in sōno vertat se patiēs supra brachiū fleubothomatū et per hoc ledat. Scđa est ne humores in sōno fluāt ad mēbrū lesū i quo est dolor ꝓpter ictum fleubothomi ⁊ fiat apostema. Vñ galienus scđa amphorismorū sup illo amphorismo. In quo morbo vult φ in sōno si fiat apostema intra corpus aut mēbrū sic lesū ad ipm fluunt humores. auic. ꝯo aliā assignat cām scʒ φ p talem somnū posset accidere confractio membrorū. Et istius cā pōt eē qꝛ sicut scđm galienū sup illo amphorismo. In quo morbo ⁊c. somnus principio paroxismi nō cōpetit qꝛ calor naturalis ad interiora regreditur ⁊ exteriora infrigidātur et tumi remanent non consumpti propter quod rigor augmentatur et proximus etiam prolongatur. sic etiam fumi per cōmotionem humorum i fleubothomia ad neruos et ad lacertos eleuantur qui non consumpti remanentes in somno infrigidātur in exterioribus ⁊ ingrossantur: ⁊ ideo faciunt neruorū et lacertorū confractionem si fiat superdormitio imediate post fleubothomiā. Alia cā pōt esse qꝛ materiā ingrossās est faciēs confractionē sicut in quartana in cuius typo fit cōfractio propter frigiditatem et grossiciem materie sʒ nerui et lacerti sunt frigidi ideo ad ipos veniēs iste fumus in somno i quo fit retractio caloris ad interiora infrigidatur et ingrossatur. et iste fumus infrigidatus et ingrossatus frigiditatem et ingrossationem inducit in membro siue confractionem qꝛ ad mēbrū cōsimile ꝓperāt egritudies cōsimiles. Et istud verū ē de somno fleubothomie vicino et nō de remoto postφ fumi illi fuerint cōsumpti. Scđm qđ dicit ē φ fleubothomans debet cauere ne faciat nimis profundā aperturā in minutione ita φ cuʒ fleubothomo ledat neruū vel arteriā vene suppositos. Nā ex lesione nerui sequitur spasmus ex quo alterius acerbissima mors sequitur vel ad minus perditio mēbri puta brachii vel digiti. ⁊c. Et ex lesione arterie sequitur fluxus sanguinis arterialis difficilime curabilis. Tertiū est φ fleubothomatus non debet illico id est imediate post fleubothomiā cibū sumere sed debet expectare quousφ i eo humores fuerit quieti ne cibus ante ei⁹ digestionē ad subueniendū membro leso cū sanguine simul attrahatur.

Omnia de lacte vitabis rite minute.
Et vitet potum fleubothomatus homo:
Frigida vitabis quia sunt inimica minutis
Interdictus erit minutis nubilus aer.
Spiritus exultat minutis luce per auras.
Omnibus apta quies est motus valde nociuus:

¶ Hic autor ponit quinqȝ vitanda ab ipso fleubothomato. Quoꝝ primū est ꝙ fleubothomatus debȝ vitare lac ⁊ lacticinia. Cuius cā est/quia ex cōmotōne humoꝝ per fleubothomiā sepe fluunt humores aliqui ad stomachum. Si ergo lac sumeretur ex cōmixtiōe illoꝝ humoꝝ lac in stomacho corrūperetur exquo de se maxime corruptibile est. Et etiam lac ꝑpter dulcedinem eius posset trahi indigestū ad venas. et ꝑpter cōmotōnem humoꝝ facile corrumpi. Secundū est ꝙ fleubothomatus debet cauere a potu nimio: quia ꝑpter euacuatōnem venarum talis potus traheretur facile ad venas indigestas ꝑut prius dictum est. Tertium est ꝙ fleubothomatus debȝ vitare omnia frigida tam intus sumpta ꝙ̄ exterius adhibita puta cibaria multum frigida/aerem frigidum/balneū frigidū/ tenuitatem vestiuȝ/sessionem supra petram/frigiditatem capitis vel pedum/qꝛ cum calor naturalis per fleubothomiā debilitatus est corpus facile superflue infrigidaretur. Quartū est ꝙ fleubothomatus nō debet ambulare in aere tenebroso nebuloso turbato/quia talis ꝯtristat aīam ⁊ pigriciem in corporibus inducit/vt prius dictū est ibi. Aer sit mundus. Jam tristicia causa ē sanguinis melancolici. Sed debet ambulare in aere claro ⁊ lucido: quia ī tali aere spiritus vitales naturales ⁊ animales recreantur ⁊ ad extra mouent̄ ꝯgaudentes simili. Quintum est ꝙ fleubothomatus debȝ querere quietē temperatā similiter motū excessiuū vitare: quia motus excessiuus tūc maxime debilitat ⁊ humores cōmouet: quies ỽo temperata motū sedat.

Principio minuas in acutis perperacutis.
Etatis medie multum de sanguine tolle.
Sed puer atqȝ senex tollet vterqȝ parum.
Uer tollet duplum: reliquū tempus tibi simplū.

¶ Hic autor dicit quatuor. Primū est ꝙ fleubothomia facienda est in pricipio egritudinū ꝑperacutaꝝ. i. maxime acutaꝝ/ q̄ scȝ termiant̄ in die quarto: qꝛ tales sunt breues nec dant inducias. ⁊ ideo a principio medicāde sunt. Secūdū est ꝙ in etate media scȝ q̄ est a tricesimo

anno vsq3 quadragesimũquintum vel quinquagesimũ ann u3 plus de sanguine extrahendum est q̄3 in aliqua aliarum etatum: quia in tali etate maxime multiplicatur sanguis et eius subtractio non impedit augmentu3 nec diminuitur virtus corporis: quia corpus in tali etate non augetur neq3 diminuitur sensibiliter sed stare videtur. Tertiũ est q̄ senes ꝛ pueri parũ fleubothomandi sunt: quia in pueris sanguis multus requiritur ꝓpter nutritionē ꝛ augmentatione3 in eis. Et in senibus virtus incipit debilitari. Quartum est q̄ in vere dupla q̄titas sanguinis abstrahēda est per fleubothomiã respectu aliorũ tēporum. Cuius ratio est q2 ver est tēpus maxime multiplicatiuũ sanguinis scd̄m omnes autores medicine. ¶ Circa primũ dictũ ꝓ maiori declaratione ponende sunt alique regule circa fleubothomiã. Quarũ prima est q̄ in principio morbi nõ est facienda fleubothomia. medicus eñ est minister nature s̄m Galienũ tertia tegni canone illo Qm natura operatrix: medicus vero minister. s3 s̄m Galienũ quarta aphorismoꝝ in ꝯmento illius: egritudinibus quibuscũq3 incipiẽtibus nulla euacuatio in p̄ncipio morbi est naturalis. sicut ergo natura in principio morbi nõ euacuat: ita nec medicus. Istud tñ in tribus casibus h3 instantiã. p̄io in materie furiositate. Uñ auicenna loco sepe allegato vult q̄ in p̄ncipio morbi fleubothomia nõ d3 fieri: q2 fleubothomia humores cõmoueret ꝛ subtiliaret: ꝛ currere ꝑ corpus faceret nisi materia sit furiosa. Secũdo habet instantiã in materie multitudīe. Uñ galienus super illũ amphorismũ Inchoantibus morbis. vult q̄ oportet fieri fleubothomiã aut farmaciã vt natura alleuietur: que sc3 onerata est per materie multitudinē. Tertio habet instantiã in morbi magnitudine ꝛ acuitate. vt quando est apostema magnũ ꝛ dolorosum: licet non sit multa materia sc3 antecedens in corpore. Uñ dicit Galienus decimotertio megategni. Si apostema sit magnũ fleubothometur in principio licet non sit materie multitudo ne crepetur aut aperiatur apostema ante sui maturationē. Ergo vt mala sint homata vitentur minutio est facienda. Secunda regula est q̄ nõ fiat fleubothomia in die motus egritudinis: sicut in crisi non est faciēda fleubothomia: nec aliqua euacuatio ne materia a loco ad quē natura mittit ipam diuertatur. Similiter neq3 in paroxismo. vñ scd̄3 Galienũ p̄ia aphorismorũ. In statu neq3 fleubothomia neq3 farmacia fieri debet: quia in eo fit coctio morbi que melius fit in quiete q̄3 motu. Sed sicut se habet status ad morbũ totale3: ita paroxismus respectu dierũ interpolationis. Sicut ergo in statu non est euacuandum: ita nec in paroxismo. Tertia regula est q̄ fleubothomia non est facienda in principio morbi cũ crisis

est remota. qr scdm ysaac in vrinis sanguis est fundamentũ caloris naturalis ipsum scilicet sustinens: licet cor sit fundamentũ generãs: et spũs fundamentũ deportans. sed sanguis est fundamentũ caloris naturalis: qr ex eo materialiter generatur calor naturalis. et ideo ali quis sanguinem euacuando euacuat calorem qui materiam morbi habet digerere. et per consequens morbus plongatur et virtus debi litatur / ppter quod timendũ est ne ppter longitudinẽ morbi et debi litatẽ virtutis natura succũbat. Quarta regula est q̄ i corpore hñte fecem in intestinis non debz fieri fleubothomia. Cuius causa est qr tria sunt attrahentia scz calidum / vacuũ / et tota species: quia ergo p fleubothomiam vene euacuantur: que a membris sibi ppinquis at trahũt. et ita miseraice a stomacho: venter plus ↄstipatur: et materiã contenta in venis plus inficitur et miseraice attrahunt humiditatem secum / et feces plus desiccant. debet ergo venter p̄mo leniri vt p sup positoria aut clisteria nisi per se laxetur. Quinta regula est q̄ nõ de bet fieri fleubothomia multa: quia ex hoc malum accidit in senio / scilicet multi morbi mali sicut epilemia appoplexia et paralisis quia ppter remotõez sanguinis et caloris generantur multe supfluitates fleumatice que sunt cause harũ egritudinuz. Sexta regula est q̄ non debet fieri fleubothomia in muliere mẽstruata aut impregnata. In impregnata nõ debet fieri: quia p hoc calor digerens cibũ diminue retur: et nutrimentũ fetus auferretur. et maxime quãdo fetus est ma gnus cum tunc indiget ampliori nutrimento. Et istud dicit ypocras quinta amphorismorũ. In menstruata vero naturaliter scz s̄m reuo lutionẽ mensis non debet fieri fleubothomia. qr in fluxu nimio men struorũ esset facienda ad diuertendũ materiã. sed qñ euenĩũt natura liter et s̄m debitũ cursum nature: tunc nõ debet fieri fleubothomia cum materia euacuetur sufficienter a natura. et natura nõ debet di uerti ab opatione. Septima regula est q̄ post colericã passionẽ non debet fieri fleubothomia. cum em̄ fleubothomia cõmoueat hũores p hoc posset humor coleric⁹ ad stomachũ fluere et ipsum inflãmare nec debet fieri post vomitũ ne similiter humores fluãt ad stomachũ neq̧ post fluxũ ventris: neq̧ post vigilias magnas: neq̧ post motuz fortem. et breuiter nec post vllũ calefaciens multũ aut multũ dissol uens: qr fleubothomia humores plus ↄmoueret et virtutẽ magis de bilitaret. ¶ Deinde videndũ est in quibus hominib⁹ cõpetit fleubo thomia. Et pro illo ponende sunt alique regule. Quarũ prima est q̄ fleubothomia competit hominibus delicatis ociosis et q̄escentibus multũ carnosis: et cibis multũ sanguinẽ generantibus vtentib⁹. Se cunda regula est q̄ fleubothomia ↄuenit illis in q̄bus est abũdãtia

sanguinis qd cognoscitur p vrine sp:ssitudinez.abundantia eñ sanguinis facit eaz spissam:sed colera subtilez. Tertia regula est q fleubothomia debet fieri in illis in quibus melancolia abundat. vñ cū ē multa melancolia naturalis currens cū sanguine p totū corpus: q̄a sanguis in epate ab ea nō mundificatur:tunc ꝯpetit fleubothomia siue minutio postea farmacia. Vñ duplex est melancolia/naturalis ⁊ innaturalis. Naturalis est fex sanguinis que qñ abundat ipsa est currens cū sanguine quare cum sanguine p fleubothomiā euacuat. Ideo facienda est fleubothomia ad eius euacuatōnē cū sanguine. Ab eodē eñ calore scz a calore ipato fiunt sanguis ⁊ melancolia: q̄ est eius fex ⁊ postea facienda est farmacia. Quarta regula est q in illis in q̄bus timetur humoꝝ ebullitio ⁊ ꝯturbatio ⁊ calefactio ꝯpetit fleubothomia. ⁊ isti statim qñ sentiūt se calefieri debent fleubothomari cum sit timor ebullionis ꝯturbatōis ⁊ calefactōnis pp humoꝝ abundantiā. Aliqñ tñ aliqui decipiūtur p istā regulā q: statim qñ sentiūt calefactōnē ⁊ timent de humoꝝ ebullitiōe statim fleubothomant se. Et qñ istud est ex colere calefactōne ⁊ incensione p fleubothomiā nō cessat calefactio nec ebullitio. imo p hoc augmētatur q: fleubothomia hūores cōmouet: ⁊ p corpus currere facit. ⁊ ergo ñ ꝯpetit fleubothomia:nisi hoc fiat ex abundātia hūoꝝ qd cognoscit p sudoris multitudinē ⁊ maxime in mane. Aliqui eñ sunt qui nō sudant:nisi qñ euacuatōne indigent. Quinta regula est q illis dz fieri fleubothomia qui hñt fortem virtutē ⁊ qui sunt sanguinee ꝯplexionis non frigide ⁊ sicce. Vñ Rasis. vij. almasoris. Corpora apta ad fleubothomiā ⁊ que eam plus possunt pati/sunt illa que hñt venas amplas ⁊ manifestas: ⁊ corpora pilosa ⁊ bruna ⁊ ex colore rubeo et fusco mixtis sunt colorata: ⁊ iuuenes ⁊ adolescentes ⁊ senes nō decrepiti:sed pueri ⁊ infirmi nō sunt minuendi nisi magna vrgente necessitate. Et plurime istaꝝ regulaꝝ colliguntur ex Auicēna. quarta p̄mi.ca.de fleubothomia.

Estas ver dextras:autūnus hyemsq3 sinistras.
Quatuor hec mēbra:cephe:cor:pes ep vacuāda
Ver cor:epar estas:ordo sequens reliquas.

¶ Hic ponit autor aliqua ꝯcernentia membra euacuanda fleubothomia: Et dicit p̄mo q in vere ⁊ estate debēt euacuari vene dextre vt dextre manus vel dextri brachij vel pedis. Sed in hyeme et autūno debent fleubothomari vene sinistre/ scz sinistre manus vel sinistri brachij vel pedis. Et istius causa potest esse/quia ver ē multiplicatiuū sanguinis: ⁊ estas colere. ergo in vere ⁊ estate debent euacu=

ari ille vene in quibus magis abundant sanguis et colera. sed ille sunt vene dextre. quia in parte dextra corporis situatum est membrum generatiuum sanguinis scilicet epar: et receptaculum colere scilicet cistis fellis. Sed autumnus est generatiuus melancolie que etiam coaceruatur et non resoluitur per hyemem. ergo in autumno et hyeme debent fleubothomari ille vene in quibus magis dominatur melancolia: que sunt vene sinistre: cum in sinistra parte corporis contineatur splen qui est receptaculum melancolie. Secundo dicit quod ista quatuor membra scilicet cephe/id est caput/ cor/pes et epar/secundum quatuor partes anni sunt euacuanda. cor quidem in vere/epar in estate/caput in hyeme/et pedes in autumno.

Dat sanatella tibi plurima dona minuta.
Purgat epar/splenem/pectus/precordia/vocem
Innaturalem tollit de corde dolorem.

¶ Hic tangit sex iuuamenta prouenientia ex fleubothomia vene que dicitur salnatella/et est vena in dorso manus in loco qui est inter auricularem digitum et medicum. Primum est quod ipsa purgat epar. Secundum est quod ipsa mundificat splenem. Tertium est quod mundificat pectus. Quartum est quod preseruat precordia/id est orificium stomachi a nocumento. Quintum est quod aufert nocumenta vocis. Sextum est quod aufert dolorem innaturalem cordis. Et ratio omnium iuuamentorum est/quia predicta vena ab omnibus istis locis sanguinem euacuat/ut postea etiam patebit. ¶ Pro maiori declaratione sciendum est quod in fleubothomia aliquando aperiuntur vene et aliquando arterie. In apertione autem arterie est timor. Et huius causa potissima est nimius fluxus sanguinis/qui duplici causa habet fieri in fleubothomia arterie. Una causa est caliditas vehemens sanguinis arterialis. Calidum enim est facile mobile et arteriam dilatans et aperiens: et ideo iuuat multum ad euacuationem sanguinis in fleubothomia arterie. Secunda causa est arterie mobilitas/et ideo tardius in ea vulnus curatur: quia vulnera non sanantur nisi quiescant. Prodest tamen ista fleubothomia tripliciter. Primo cum est in corpore sanguinis subtilis abundantia. Secundo quando vaporosi. Tertio quando calidissimi. sanguis enim subtilis ex quo calor naturalis et spiritus fiunt habitat in arteria. sed sanguis grossus ex quo membra nutriuntur in venis. Similiter sanguis vaporosus in arteria continetur: et sanguis sanguineus in venis. Sanguis etiam calidissimus qui a corde efficitur et digeritur quod est calidissimum membrum etiam continetur in arteria. alius autem sanguis in venis. ¶ Secundo sciendum quod venarum apertio est in multis membris. Aliquando in brachio siue manu magna. aliquando in parua. Aliquando in pede. Aliquando in naso. Aliquando in fronte.

Aliquando in labijs. Aliquando sub lingua siue in palato. Aliqñ in angulis oculoꝝ versus frontē. In manu maioꝛ que est ab ascellis vsq ad cubitos sunt quinq vene aperiende ꝑm Rasim. vij. almaso ris ꝛ auicennā loco ꝑallegato. Una vocatur cephalica: que est vena capitis. Secūda basilica que est vena epatica. Tertia mediana siue cordiana siue nigra ꝑm q vocatur ab auicēna siue matrix/ sicut vo catur a Rasi. Quarta assellaris. Et quinta funis brachij. In manu minori est scelles siue salnatella. ꝛ ita in brachio ꝑm q continet ma= iorem manū ꝛ minorem sunt aperiende sex vene. Cephalica a parti bus que sunt supra collū euacuat. ꝛ ideo passionibus capitis valet vt in emigrania mania: ꝛ in alijs calidis passiōibus siue ex materia calida. Unde ꝛ ista incipit siue oritur ab humero: ꝛ tendit versus ptē siluestrē brachij. Basilica euacuat īmediate a partibus sub collo vt a pectore ꝛ epate. Unde in passionibus pectoris epatis ꝛ similiū va let. vnde valet in pleuresi. Et incipit ista ab ascellari ꝛ tendit ad ptē domesticā brachij ad curuaturā brachij. Mediana vero est media inter duas predictas in situ ꝛ in cōpositione: quia ex eis cōponitur. Est em̄ ramus vtriusq. Et est etiā media in euacuatione: qꝛ vndiq euacuat. ꝛ ab inferioribus partibus sub collo ꝛ a collo ꝛ supra collū ¶ Unde est vniuersalis toti corpori in euacuando. Non vniuersalis sicut dicunt quidā: quia a corde oritur. sed quia ramus est cephalice ꝛ basilice. Et ergo cum volumus fleubothomare de cephalica ꝛ nō apparet debemus accipere magis medianā q̄ basilicā. Et similiter cū volumus fleubothomare basilicā ꝛ nō apparet: magis debemus fleubothomare medianā q̄ cephalicam. quia magis conuenit cum vtraq q̄ vna cū alia: cū sit ramꝰ istaꝝ: ꝛ ista extrema selles siue sal= natella est vena que est inter auricularē ꝛ medicū: tendens plus ver= sus medicū digitū. ꝛ oritur a basilica. ꝛ ista aperitur in dextra manu in opilatione epatis. Et in sinistra manu in opilatione splenis. Et quare hoc fit nescitur ratione/ sicut dicit Auicenna/ sed experientia. hanc em̄ inuenit Galienus per somnium vt ipse dicit: quia habebat quendā in cura habentē opilatōnē epatis ꝛ splenis. ꝛ somniabat se fleubothomare patientē d illa vena ꝛ sic fecit ꝛ curatus est. De ista fit fleubothomia ponendo manū in aqua calida: quia subtilis est: iō vt ingrossetur ꝛ dilatetur. ꝛ ne vulnus claudatur citius debito. et vt sanguis grossus subtilietur. Assellaris est illa que posita ē sub basi= lica. ꝛ illa apparet in ligatura brachij ꝛ de ista idē est iudiciū cū basi lica. Funis brachij est illa q̄ est supra cephalicā siue os vltimū. siue altius brachij/ versus partē siluestrē. Et est idē iudiciū de ista ꝛ d ce phalica. Licz ergo ꝑm Auic. ꝛ Galienū in aptiōe vene fit euacuatō

h 7

vniuersalis a toto corpore: nō tamē ab omnibus venis equaliter vt visum est. Licet etiā vene a toto corpore euacuent/ nō tñ est in eis timor equalis imo cephalica scdm Rasim. vij. almasoris: est securior Et basilica est magis timenda/ z cardiaca etiā multuz est timenda/ licz minus q̄ȝ basilica. Cephalica est securior: q2 neqȝ iuxta eā ē neruus neqȝ arteria neqȝ supra eā. Sed sub cardiaca est neruus z alti⁹ supra eā est neruus subtilis iō timendū est ne incidatur. Basilica est piculosa valde/ q2 est sub ea arteria z iuxta eā est neruus z musculus z iō est timenda valde. Selles siue salnatella non est piculosa sed tñ subtilis est. z ideo vt apiatur meli⁹ ē q ponatur in aqua calida. In pede sunt tres vene. scȝ sciatica/ sophena z vena poplicis. Et he apeiuntur cū volumus trahere sanguinē ad partes inferiores/ vt in puocatōne menstruoꝝ. z illa q̄ est in poplice ſm Auic. magis valet q̄ȝ sophena aut sciatica: q2 ppinquior est matrici z ideo melius pōt ab ea trahere. Sophena vō a virga testiculis z a matrice sanguinē attrahit. Sed sciatica ab anchis renibus z membris que sunt situata v̄sus partē siluestrē melius trahit. Sophena vō a matrice z a membris positis v̄sus partē domesticā: licȝ sint rami vnius vene. In medio frontis est vena vna que apienda est in antiquatis passionib⁹ faciei. vt in morphea z impetigine/ scabie/ z in passionib⁹ oculoꝝ. pͥus tñ dȝ fieri minutio de cephalica. Et similiter est vna vena in naso. z in vtriusqȝ apiione debet colliū ligari. z postea apiri vna ante aliam per ligatōem eñ colli melius manifestanť. In labijs etiā sunt vene que apiūtur ppter apostemata existentia in ore aut gingiuis. Cephalica tñ pͥus minuta. In palato sunt quatuor vene/ que si apiunť valent fluxui reumatis ad dentes in eis faciētis dolorē. Et iste vene sunt manifeste z debent apiri materia digesta. Itē quedā sunt vene in angulis oculoꝝ versus frontē/ z apiuntur in passionibus oculoꝝ cephalica pͥus minuta Itē quedā sunt vene sub lingua que apiūtur in squinantia cephalica prius minuta. Itez vene que sunt in timporibus incidūtur ppter emigreneā: z ppter dolorem magnū capitis: z egritudinē capitis diuturnā. z iste sunt q̄s vocat ypocras z auicē. iuueniles. quaꝝ incisio reddit hominē impotentē generare. Item in collo etiā sunt vene que vocātur guides: que minuende sunt in pͥncipio lepre. z maxime tñ anhelitus angustiatur. vnde z i squināntia impediente anhelitum minuūtur.

Si dolor est capitis ex potu limpha bibatur
Ex potu nimio nam febris acuta creatur
Si vertex capitis vel frons estu tribulentur

Timpora fronsqꝫ simul moderate sepe fricētur
Morella cocta necnon calidaqꝫ lauentur

¶ In hoc passu autor duo notat. Primū est ꝙ si dolor capitis accidat ex potu nimio maxime vini vł alicuius alius potus quo ↄtingit homines inebriari tunc supbibi debet aqua frigida: que sui frigiditate atqꝫ ingrossatōne impedit ne fumi ex tali potu eleuati cerebruꝫ ledant vel ad ipsum eleuentur. Secundū est ꝙ si summitas capitis vel frons nimio calore vexetur: tunc debent timpora ⁊ frons moderate fricari. ⁊ postea debēt ex aqua decoctiōis morelle calida lauari quia morella que cōmunibus medicinis solatrum dicitur/habet infrigidare, quia frigida est.

Temporis estiui ieiunia corpora siccant
Quolibet in mēse cōfert vomitus quoqꝫ purgat
Humores nocuos stomachi lauat ābitus omis
Ver/autūnu ⁊/hyems estas dominatur in anno
Tempore vernali calidus sit aer humidusqꝫ
Et nullum tempꝰ melius fit fleubothomie
Usus tunc homini veneris confert moderatus
Corporis et motus: ventrisqꝫ solutio: sudor:
Balnea: purgentur tunc corpora medicinis
Estas more cale siccat nascatur in illa
Tunc quoqꝫ precipue coleram rubeam domīari
Humida frigida fercula dentur sit venus extra
Balnea nō prosunt. sint rare fleubothomie
Utilis est requies: sit cum moderamine potus.

¶ In hoc passu autor plura notat. Primū est ꝙ ieiunare multū exsiccat corpa in estate. qꝛ exquo estas de natura sua est calida ⁊ sicca ipsa resoluit hūiditates corpis: que etiā resoluūtur p sudores ī estate multiplicatos. ⁊ sic supueniente ieiunio corpa plus exsiccātur. qꝛ absente hūido cibali calor nr̄i corpis agit in hūiditates ꝑprias ipsas exsiccando. Et ergo bn̄ dixit ypocras septīa ꝑticula amphorismoꝝ corpibus hūidas carnes hn̄tibus famē adhibere ↄuenit. fames eīn corpora exsiccat. Secundū est ꝙ vomitus confert quolibet mēse. qꝛ per vomitū euacuātur hūores nociui ↄtenti in toto ābitu stomachi. Et istud etiā voluit auic. quarta primi. ca. decimotertio de iuuamētis

que cõfert vomitus cũ dixit q ypocras pcepit vomitũ fieri bis ĩ vno quoq; mẽse.scz duobus diebus cõtinuis vt secũdo die expellatur il lud qd primo die non potuit expelli. Et per hoc scdz ypocratẽ cõser uatur sanitas:cũ talis vomitus mundificat stomachum euacuãdo fleuma et coleram. Stomachus enim non habet aliquid quod mũ-det ipsum:sicut intestina habent coleram rubeam ipsa mundificantem. Et postea Auicenna loco preallegato ponit plura alia iuuamẽ ta vomitus bene facti. Quorũ primum est q confert grauitati capitis et hoc verum est quoniam illa grauitas accidit ex materia humo rali vaporosa prouenlente a stomacho et membris inferioribus ad caput. Si enim grauitas capitis fieret a nocumento proprio ipsius cerebri tunc vomitus magis noceret q̃ cõferret. Scdm est q clarificat visum et hoc quando obscuratio visus prouenit ex materia vaporali prouenlente a stomacho ad ipsos oculos alias autem non. Tertium est q aufert fastidium id est nauseam z abominationẽ remouendo z euacuando humorem a stomacho qui est causa fastidij Quartum est q confert ei ad cuius stomachum descẽdit colera corrumpens eius cibum. Quintũ est q remouet abominationem q̃ fit pter vnctuositatem. Sextum est q remouet causam desiderij z illud quod facit desiderare acutum ponticũ aut acetosum:qr vomit9 remouet causam omnium istarum dispositionũ. iam remota causa remouetur effectus. Septimuz est q confert laxitati id est cachecie que precedit ydropisim.euacuando materiam talis laxitatis et mũ dando stomachum. Octauum est q confert vlceribus in renibus et vesica diuertendo materias currentes ad illa loca ad partem oppositam. Nonum est q etiam confert lepre maxime quando fit cum vomitiuo forti sicut elleboro:quia talis vomitus euacuat materias que sunt in locis remotis et difficilis eradicationis ex quibus fit lepra. Etiam vomitus corrigit digestionem primam ex qua alie digestiones melius fiunt:vnde lepra peccat in corruptione digestiue. Decimum est q confert malicie coloris in cute ex aliquo humore diuer tendo ipsum a cute. Undecimum est q confert epilentie stomatice euacuando humorem contentum in stomacho:ex cuius effumatione causatur epilentia. Duodecimum est q confert ycterice maxime illi que est ex opilatione.nam propter motum fortem in vomitu ma teria opilans commouetur et remouetur a loco in quo faciebat opi lationem. Similiter euacuatur materia fleumatica per vomitum que communiter est causa istius opilationis. Decimũtertium est q confert asmati euacuando materiam antecedentẽ ex stomacho q̃ fo uebat materiã asmatis. Et etiam confortãdo membra spiritalia et

pulmonem: ex quorum calefactione sequitur consumptio superfluitatum facientium asma. ¶ Decimumquartum est quod confert tremori et paralysi euacuando materiam istarum passionum. ¶ Decimumquintum est quod confert habentibus vlcera nigra magna super partes extremas diuertendo humores a partibus extremis. Et licet vomitus debite administratus ista conferat iuuamenta: superflue tamen factus multa inducit nocumenta: quia debilitat stomachum et resoluit ipsum: et facit eum aptum vt materie fluant ad ipsum: et obest pectori et visui et dentibus et antiquis capitis doloribus etc. Prout dicit Auicenna quarta primi. cap. xiiij.

¶ Tertium quod notat hic textus est quod quatuor sunt tempora anni/ scilicet Ver/ Estas/ Autumnus/ et Hyems. prout manifestum est. Et inter ista tempora Ver est calidum et humidum/ et hoc respectu aliorum temporum licet in se sit tempus temperamento attinens/ vt vult galienus in de complexionibus. Et ex isto sequitur quod istud tempus magis aptum est fleubothomie: quia magis est multiplicatiuum humorum quam alia tempora. Et ergo etiam isto tempore potest conuenire moderatus vsus coitus: et motus temperatus et ventris solutio siue fluxus et sudor temperatus: et similiter balnea temperata ad diminuendum repletionem. Et ergo etiam istud tempus aptum est ad purgationem corporis cum medicinis. ¶ Quartum est quod estas calefacit et exsiccat/ et ergo in ipsa etiam multiplicatur colera rubea: que calida est et sicca. Et propter hoc etiam in estate fercula debent esse frigida et humida ad remouendum dispositionem caliditatis et siccitatis ex complexione estatis inductam. Et debet fieri abstinentia coitus cum talis etiam exsiccet. Et abstinentia a multis balneis simili de causa. Et rara fleubothomia eadem de causa nisi necessitas hominem compellat. Et debet fieri quies et paucus motus: quia quies humectat et multus motus nimium exsiccat. Et debet homo predicto tempore vti potu cum moderamine: et maxime frigido: quia ex superflua sumptione potus frigidi propter apertionem pororum aliquando sequitur subita infrigidatio corporis vel paralysis siue laxitas membrorum vel mors subita. A qua nos defendat qui eternaliter viuit et regnat. Amen.

¶ Explicit regimen sanitatis compositum seu ordinatum a magistro Arnoldo de villa noua: cathalano omnium medicorum viuentium gemma. Impressum parisij per Felicem balligault. xv. kal. Decembris Anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio.

Hoc opus optatur/ quod flos medicine vocatur.

A 9

65